APOLOGIA
Chymico-Medica Practica
JOHAN. OBERNDORFFERI:
COM. PALAT. CÆSAREI:
&c.

Adverſus illiberales

MARTINI RULANDI PERSON. MEDICI

Calumnias.

BASILIUS.

Ad calumnias tacendum non eſt, non ut contradicendo nos ulciſcamur: ſed ne Mendacio inoffenſum progreſſum permittamus; aut eos, qui ſeducti ſunt, damno inhærere ſinamus.

Ἐλευθέρου γὰρ ἀνδρὸς τἀληθῆ λέγειν.
Quæ vera ſunt, loqui virum ingenuum decet.

Ex Typographeo Forſteriano,

M D C X.

BIBLIOTECA

Digitized by Google

12 22 F 35

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
22 F
35

Digitized by Google

SERENISSIMO PRINCIPI AC DO-
MINO, DOMINO

PHILIPPO LUDOVI-
CO, COMITI PALATINO RHENI,

DUCI BAVARIÆ, COMITI IN VEL-
dentz & Sponheim, &c.

ET

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMI-
NO, DOMINO

WOLFGANGO GULIELMO, CO-

MITI PALATINO RHENI, DUCI BA-
VARIÆ, COMITI IN VELDENTZ
& Sponheim, &c.

CLEVIAE, JULIAE ET MONTI DUCI, COMI-
ti Marchiæ & Ravenſpurgi, Domino in Ra-
venſtein &c.

NEC NON

Nobilitate, Magnificentiâ, atq; prudentiâ præditis,
Conſuli & inclyto Senatui Reipub.
Ratisbonenſis:

Pietatis & Religionis propugnatoribus, Impietatis hoſtibus:
Veritatis teſtibus, Mendacii adverſariis:
Virtutis protectoribus, Sceleris vindicatoribus:

Digitized by Google

Juſtitiæ executoribus, Injuſtitiæ oſoribus:

Integritatis favitoribus, Hypocriſis inimicis:

Publici boni tutoribus, Privati contemptoribus:

Pacis & Quietis amatoribus, Diſſidii & diſcordiarum diſſuaſoribus:

Veritatis & innocentiæ acerrimus propugnator, & communis utilitatis defenſor aſſiduus,

JOHANNES OBERNDORFFER,
Comes Palat. Cæſar. &c.

Suæ erga illos gratitudinis & obſervantiæ teſtandæ gratiâ,

Hanc Apologiam humillimè dedicat, offert & conſecrat.

AD

Digitized by Google

A D

MAGNIFICUM, NOBILISS. EXCEL-
LENTISSIMUMQUE VIRUM,
Dominum

JOHANNEM OBERN-
DORFFERUM, COMITEM SACR.
CÆS. PALATII, PHILOSOPHUM EXIMIUM,

MEDICUM EXPERIENTISSIMUM, ILLUSTRISS. PRINCI-
pum Germaniæ Archiatrum & Conſiliarium digniſſi-
mum, Dominum & Patronum ſuum
colendiſſimum;

LUEM UNGARICAM, UT OMNIA,
AD INVIDIAM USQUE INVIDORUM,
ſolertiſſimè & fideliſſimè docen-
tem.

IUPPITER ex durâ Terrâ cùm condidit almus,
Terrigenûm durum condidit hocce genus,
Corpora conflabat fulvi tunc maſſa metalli,
Corpora conflabat martia maſſa fera:
Terrigenûm ſpecies conſtabant ære ſenili,
Non aberantque, VENUS, ruffa metalla tua.
Terrigenûm ecce genus durum fuit, arte carebat,
Ut duro durus victus & ipſe fuit.

Victus erat pomum, frondoſa cubilia prata,
Et mors & morbus tunc niſi tardus erat.
Nulla fuit febris, lædebant nulla venena,
Aſpidis haud morſus, Vipera non nocuit:
AEthere non Peſtis ſtillabant ſemina tetræ;
Sed dubitant Proceres, hic negat, ille refert.
At ſimul ex altâ flammam tulit arce Prometheus,
Tunc victus ſimplex ceſſat & ille vetus,
Tunc Chalybis pondus dicto ſub Sole liqueſcit,
Terrigenis remanent pondera, Terra, tua,
Quæ tuus ô Titan ſuccendit fervor & æſtus,
Neptunus magnus deſtruit ære ſuo.
AEolus emittit ſua nunc ſpiramina venti,
Nunc retinetq;, necat pondera, Terra, tua.
Agmina morborum vexant mortalia corda,
Corruit hîc ſenſus, ſpiritus ipſe ruit:
Hîc tremulos artus cernis, hîc Herculis æſtum,
Hîc Syrius fervor pectora anhela quatit.
Marmora, quod mirum, lacerant tua viſcera Munde
Parve, tui pereunt pectoris & thalami.
Quis numeret morbi numeros, queis fabrica pulchra,
Fabr[illegible] queis Hominis perpetuũ quatitur?
Non [illegible] fauces centum, nõ oraq; centũ:

Nam

Nam numeris numeros ecce carere ſcio.
Tunc Hominis miſeri ſed fata miſerta ruinæ,
Magna ruina Hominis commovet ad lacrymas.
Divorum reſonant voces tunc ſydere diæ:
Juppiter, an ſola nunc Beſtia ſola colet?
Quid juvat è Saxis te olim mortalia ſaxa
Reſtauráſſe novùm Deucalionis ope?
Graniferã turbã juvat & qd pulchra figura
Terrigenûm, AEſonide corde precãte polũ?
Tartareas inter portas quis thuribus aras
Ornabit, ſi Orbis totus inanis erit?
Ecce cadent cæſo nulli nunc vulnere Tauri,
Et fundent vinum Cornua nulla tibi;
Ad tacitas ſedes magna eſt jam miſſa caterva,
Terrigenûm replet magna querela polum.
O cæcas mentes, cæcis quæ lumina ſpondent
Lyncis, & hæ ſpondẽt lumina fraude, dolo.
Tollere conantur nubes, ſed Noctis imago,
Proh dolor, has ſequitur, (fraude agiturq; dolo)
Tollere nodoſam neſcit Medicina Podagram:
Cedito nunc metrum, ſancte Poëta, tuum.
Tollere nodoſam nunc ſcit Medicina Podagrã:
Da veniam, quæſo, ſancte Poëta, tuam.

Nunc

Nunc lenit tua crura dolentia fortis aqua
Maſſa, artus negat aſt ire redire loco.
Gorgonis ac faciem vidiſſent lumina triſtem,
Crura rigent ſubitò, ſaxea ſigna rigent.
Quidve liquor præſtet, rogo crede mihi, benedictus?
Sæpè malum mulcet, ſæpiùs ipſe parit.
Cingula quid Sophiæ proſint., nunc ora queruntur
Terrigenûm; clamant, ah, mala, Zona parit.
Teſtis es, ô Heßi, nobis, caſtißima coſta,
Ungara dum torquet morbida corda lues;
Flammis dum Syriis languent tua tempora acerbè,
Attigit incaſtus corpora caſta tua.
Voce vocat Medicus magnus vel Stentoris altâ,
Pluribus ut ſaperet, neſcius at ſapere.
Huc virgas rigidas, huc cuncti ferte flagella;
Dæmonis has vires pellere virga poteſt.
Dæmona quid quæris? tua num præcordia Dæmon
Faſcinat? an Phœbi Filia dura tibi?
Spiritus an jecoris menti nũc prævalet almæ?
An videas celebrem dignus ut Anticyram?

Dæmona

Digitized by Google

Dæmona dũ quæris, Medice, annon pneumata ſancta
Ignoras? Spernis? Dæmona finge ferum.
(Hermes, quò rapior! rapit en in juria facti)
Linque tuas curas, pone ſupercilium.
Pharmaca non tractet Tonſor, non vagus Apella,
Non Vetulæ tractent pharmaca pulchra manu.
Exulet à Phœbo, ignarus ſic quisquis abeſto,
Deſere tu curas curva Puella tuas.
Hoc volvunt verbum divi cordeq; revolvunt,
Et placido vultu tunc Jovis ora rogant:
Annue, magne Pater, votis, tu percipe vota;
Parce Pater, miſeris parcito Terrigenis:
Pharmaca Terrigenas doceas tu Juppiter ipſe;
In Mundum redeat, Filia, Phœbe, tua.
Juppiter in celſis habitans fulgore ſecundo
Et tonitru fauſto ſydera fauſta dedit:
Adridet Phœbus, genitus Majâ quoq; plaudit,
Et Soror & Conjux plaudit & ipſa Jovis.
Clarus OBERNDORFFER *ſurgit, donaria Jovæ*
Callens, Hippocratis grãmata cũcta ſciens.

In lucem revocans animas, cocytia mortis
Jura, modo virgæ, ſuſtulit, artis ope.
Hic pellit, pellensq; docet te pellere Febris
Ungara, ſic pellit crimina Terrigenûm.
Se Medea ſenes laudet renovâſſe recoctos
Viribus herbarum dexteritate novâ,
Arte ſenes Medicâ reddit juvenilibus annis,
Neſtoris ut videant ſæcula terna tria.
HUIC ſtatuant meritò ſtatuam, quā Vipera lambit;
HUIC MEDICO ſtatuant Hippocratis ſtatuam.
Aſt verum nihil eſt ex omni parte beatum,
Cerberus ecce triceps murmura multa movet:
Aſt verum deniq; & ſunt multa beata putanda,
Cerberus ecce triceps murmura vana movet.
Spernit OBERNDORFFER latratus, murmura ſpernit,
Grammaſin & ſopit murmura vana ſuis.
Hoſtibus, ecce, diu parco, ſed jure peperci,
Maxume OBERNDORFFER, talia corde moves:
Nunc tandem ſcribam; quoniā me cogitis ipſi;
Viribus has vires pellere jure licet.

Ori-

Oribus & veſtris ſuccedant Gorgonis ora,
Torpeat & Nilus, Theſſalus & rigeat.
Vos Niobes tangat, meruiſtis, ſaxea forma,
Copia latratus, murmuris eſtq; ſatis.
Pauca quidem ſcribam nunc, ſcribere plura paratus,
Si moveat voces Cerberus atq; ſonum:
Nunc ſumo calamũ, pinget diſcrimina ſolùm
Chromaſin aſt pinget, murmura ſi moveat.
Latratus teneas vanos nunc Cerbere vane,
Si teneas, teneo, Cerbere, ſcripta mea.
Si placet, effundas, fundã quoq; credito ſcripta
Cerbere, quæ cantent crimina multa tua.
Si tibi ſit mentis donum, mihi conſcia recti
Mens ſuadet, taceas, ſancta Sophia jubet:
Ut taceas moneo, timeã ꝙ murmura vana?
Nõ puto, fortè putas? ſcribito, ſcripta dabo.
Sopio non herbis, ſed ſopio voce Draconem,
Subſcribit nobis Methis & ipſa Themis.

Obſervantiæ ara poſita
à
I. G. VV. Z. B.

B

Digitized by Google

HIPPOCRATES

LEGE SUA

In perſonatos medicos.

Multi Medici perſonarum, quæ in Tragœdiis producuntur, maximè ſimiles eſſe videntur. Quem admodum enim illi quidem formam, habitum, & perſonam hiſtrionis referunt, neque tamen hiſtriones ſunt: hic & medici, nomine quidem multi, reipsâ perpauci.

APOLOGIA

Chymico-Medica Practica:

JOHANN. OBERNDORFFERI:

COM. PALAT. CÆSAREI:

&c.

Adverſus illiberales MARTINI RULANDI CALUMNIAS.

NULLUM mihi dubium facio, Sereniſſimi Principes, Domini Clementiſſimi, Voſq; Viri Nobiliſſ. Senatores Ampliſſimi, neminem ex vobis eſſe, qui eam induat opinionem, quaſi ex illorum numero ſim, qui ſibi rixandi labores aſciſcat gratis: ſed unumquemlibet veſtrûm candidè potiùs ſenſurum, me nihil magis amare & amâſſe ſemper, quâm pacem, ſimulq; publicam quietem unicè amplexum, minimumq; diſſidiis & contentionibus addictum fuiſſe. A quibus ut alienus à cunabulis ſemper fui; ita hujus rei vos teſtes cõpertæ fidei habeo, me ab iis toto pectore abhorruiſſe, cum meis Collegis pacificè vixiſſe, cumq; iis de graviſſimis Morbis è fundamentis Medicinę contuliſſe, neque unquam ad hunc uſque diem vel verbis, vel facto aliquem lęſiſſe. & vel minimam vobis peperiſſe moleſtiam.

Poſtquàm verò Martinus Rulandus Lavingâ hûc appulit, me tunc temporis Græcii in Styriâ habitante, à vobis ſtipendio altus & conſtitutus, mox non ſolùm Pharmacopœis omnibus, Viris ſolertiſſimis, quibus prima certamina ineunda; ſed & deinceps ipſis artis Medicæ Doctoribus, viris certè vitæ morumq; integritate ornatiſ-

Digitized by Google

ſimis, & ipſius artis operibus fœlicitate ſingulari præſtantiſſimis; nō omnibus & universè, ſed alternatim, movit litem, quorum actiones, ad vos per quoſdam delatæ, adhuc in oculis, animo, & manibus veſtris verſantur: Imò, nec Ordini veſtro Senatorio parcens, horrenda & virulenta crimina gravesq; ſæpe contumelias evomuit, acidoq; ſuo ſermone & cavillationibus non leves vobis peperit moleſtias; ac licet à vobis ſæpius ſeveriſſimè objurgatus & mulctatus, excuſſis tamen habenis mox ad ingenium rediit, maximè quando ebrius certatim ad jurgia turbida, tanquam inſanus, proſiliit. Tandem, ne & me ſuâ maledicentiâ præteriret, ſtrophis ſuis obliquis hactenus ſemper inſidiosè petiit, atq; neſcio quibus ſcelerum furiis agitatus, præter omnem culpam & meritum meum, meris calumniis & mendaciis, quibus plenus & refertus, me quoque adortus eſt, Anno 1605.

Dum enim mihi tunc temporis munus viſitandi Pharmacopolia à veſtro Senatorio Ordine adjunctis Viris Magnificis, Ampliſſimis & Literatiſſimis D. Jonâ Paulo VVolfio p.m. & Eliâ Eppingero, unà cum Martino Solfleis, Reipub. veſtræ Phyſico ordinario, & Spectatore ſuo Fratre Andreâ Rulando, demandatum fuiſſet, lubēs ob publicum bonum promovendum laborem hunc cum hiſce ſubii. Jamdudum enim ad aures veſtras pervenerat, *quod Rulandus, ex rebus vulgaribus & vilibus, lucroſam & quæſtuoſam faceret medicinam, dum ſua arcana, ſeu, ut Empirici hi loquuntur, Magnalia, (quæ prætextu ſecretioris Medicinæ in aliquot, ut vulgus vocat, receptulis conſiſtere ſibi & imperitis perſuadent) partim intra proprios conficeret Lares, partim Pharmacopœo ſuo Heinrico Ordlein (ſic & hunc vocabat) cæteris omnibus ſpretis, contemptis & pro nihilo habitis, conficienda traderet, ut is magno ære & precio, ſed iniquo, venalia extruderet.* Id autem in eum finem ab his duobus excogitatum, ut alter alterum mutuo officio viciſſim efferret laudibus, commendaret, & magno ſtudio ſuos quisq; promoveret conatus, tum in urbe, tum extra eam, famam ſibi compararent apud rerū imperitos, *hunc in arte medicâ eſſe præ cæteris Excellentiſſimum, alterum in dextrâ medicamentorum præparatione ita, aliis prælucere, ut meritò θαυμαςὸς ſit nominandus.* Hinc ſermo undique ſparſus, *hunc ſolum habere merces recentes, apud cæteros Pharmacopœos nihil quicquam boni inveniri: ne* & hac ratione his πρὸς ὀλίγον βλέποντες, lucroque unicè inhiantes, fraudi inexpiabili aucupandę pecuniæ quid deeſſet.

Digitized by Google

Re patefactâ, occaſio & anſa Senatui Ampliſſimo & Prudentiſſimo data fuit, ut viſitatio Pharmacopoliorum ſolennis inſtitueretur, quæ aliâs per aliquot annos fuerat intermiſſa. Eo tempore in ejus officinâ initium viſitationis nos ſumentes, pharmacis quibusdã planè barbarica, & minùs apud alios verè candidos & cordatos Viros uſitata fuerunt impoſita nomina. Quorum, ut ex multis pauca, tanquam Myſteria, in lucem proferam, cùm veritati idonea ſit lux, ſed furibus nox, quemadmodum loquitur Euripides; Rulandus rem benè ſeriam, ac tanti momenti, ridiculis planè expreſſit verbis, & peſſimâ pronunciavit voce, quæ nihil niſi Arabica pigmẽta redolet. Quis enim ex peritiſſimis & exercitatiſſimis Medicis vel Pharmacopœis diligentiſſimis, qui hæc quotidie tractant, divinare poteſt, quid ſit *Extractum Pneuma Picra Alcooliſat. Rul. quid Diacydonites Catarcticum Rul. Aqua Antipodagrica Rulandi, Aqua Calcis Chymice preparata, Oleum Hiraclinum, Oleum Catarcticum, Cingulum ſapientia, Anthorhabarbarum, Exvirtuativum Rhabarbari Melanophygos, Spiritus Catarcticus, Sal Imperatoris, & alia* innumera obſcura, ſuſpenſa, portentoſa, perplexa, monſtroſa, & in alium diſtorta ſenſum vocabula, quæ & mentis monſtroſę, & inverecundi ingenii certum ſunt indicium? His enim vel invidet, vel fallere vult; utrumque Viri mali, ſic, ut meritò cum C. Agrippa dicere poſſemus: *Tituli remedia habent, pyxides venena.* Cumq; Pharmacopœus à nobis de præparatione & iſtorum deſcriptione interrogatus, ut eas in lucem proferret, hiſce verbis nobis reſpondit, *Ea Rulandi ſecreta eſſe, qui deſcriptiones iſtorum ſibi communicêrit, ſed eas ad ſe recepiſſe, nec ampliùs in ſuâ poteſtate eſſe; apud iſtum inveniri. Hac enim ipſe domi ſua preparat, & dividenda mihi offert.* Ad ea hanc veſtro Senatorio Ordini cenſuram noſtram obtulimus, quæ de verbo ad verbum hoc modo ſe habet:

Quemadmodum in gubernandis Rebuſpublicis ſemper periculoſum & pernicioſum habitum fuit, ſi antiquis & benè conſtitutis legibus relictis vel ſpretis, nova & inſolita, præſertim deteriores invehantur: Sic id eò periculoſius & pernicioſius in Medicinâ faciendâ videtur, quò materiam majoribus & gravioribus vitæ periculis plenam tractamus, ſi non ſolùm nova, ſæpiùs etiam exitioſa exhibeantur remedia: ſed etiam ne fraus deprehendatur, à novis iſtis nova excogitentur vocabula, nova (ſi Diis placet) remedia, de quibus nec ipſi

Pharma-

Pharmacopœo quid conſtas, & quæ non ſine ægri detrimento ab ipſomet Architecto eorum adhibentur: Unde plus periculi & damni à medicamento & Medico, quàm ab ipſo Morbo timendum. Et ut reliqua taceamus, quorum plurima alia proſtant, etſi hæc tàm magna Myſteria & ſecreta ab aliis emendicata ſint, tamen deinceps ipſe ea ſibi vendicat, nomen affingens novum, monſtrumq; novum parturit, quod poſtmodum novum & Rulandicum, cæteris nihilominus prorſus ignotum eſſe debeat.

Miramur autem quid hunc tàm profundè doctũ commoverit, ut contra omnium veterũ inſtitutum, q omnia ſcrutati, nihil intentatũ reliquerũt, quemadmodũ Plin. loquitur, affectatâ hac obſcuritate & barbarie quæreret? cùm meritò notum illi eſſe debeat iſtud Hipp. in eos, qui artẽ medicam quæſtus cauſâ inſectantur, l. de arte à principio ferè: Nomina eſſe Naturæ decreta, & lege quâdã Naturæ reb. indita. Nam nomina ſunt rerum naturâ exiſtentium ſimulachra; non inania, ſed quæ artem & artifices habent. Et ut verba rerum claves ſunt, ita rebus inſerviunt, non contrà. Unde omnes Prudentes ab hujuſmodi barbaricis, abſonis & abſurdis vocabulis ſeſe temperàrunt, immò eadem execrati ſunt, & veritati, cujus plana, ſimplex & dilucida; non uni, ſed plerisq; eſt oratio, unicè ſtuduerunt. Nam ipſe Gal. fa-
9. de ſimpl. med fac. c. 12 tetur, nõnunquã abuſum unà rerum quoq; confundere notitiã. At quis major abuſus eſſe poteſt eo, qui uſum oẽm tollit? Tollit autẽ, qui uni quæſtui privato ſervit. Cui adſtipulatur Ariſtot. Philoſophiæ lumen, dum inquit, eos, q nominũ vires ignorant, & ſe ipſos ſępenumerò & alios fallere. Immò fatetur Avicenna, Medicorũ Princeps, neceſſitatẽ ad vocum cõſiderationẽ duxiſſe nos. Unde multorũ errorũ multa nomina cauſa ſũt. Atque utinam uſque ad nomina eorum errata terminarent, & non etiam in res ipſas vitæ periculoſas præcipitarent! Omnis enim novatio non caret perturbatione. Et ſi hujuſmodi vocabulorum Etymon ex ipſo originis fonte ei eſſet deducendum, tunc nomen cum re ita conveniret, ut Barbarus ſimilimus Barbaro eſſe videretur.

Quamvis autem ejus naturæ non ſumus, ut hujus Hominis acutas & profundas animi ſui cogitationes perſcrutemur; cùm pharmacis ſuis tam barbara impoſuerit nomina: attamen, ut modeſtè noſtrum de his rebus judicium feramus, & uno verbo animum ejus percellamus, inflammavit ipſum Plutophilia: quam ei optamus libenter, & hæc majora, ſi ſaltem cum utilitate, emolumento, ſalute & commodo proximi hoc fieret. Ut autem ſub hoc velamento fallaces inſidiæ, doli taciti & malitioſi laterent, & ipſum aucupium emungendi pecuniam novum, ſuppreſſis veris & legitimis nominibus inſtar

Agyr-

Digitized by Google

Agyrtarum, utendum erat peregrinis vocabulis, ut major fides reconditiſſimis ſuis arcanis & ſecretiſſimis ſuis ſecretis habeatur. Hinc ampulloſa & ſeſquipedalia verba undiq; ſonant: ſolum hunc optimũ eſſe Medicũ, cæteros Triviales iſtos nihil de iſtis reb. ſcire, multo labore partis, & lõgo uſu multorũ ſalute cõprobatis: hunc ſolũ Virum eſſe eminentẽ, hunc à Parente in arte Medicâ inſtructũ, & cum lacte materno ſuxiſſe artẽ Medicã. *Et ut ſpecioſior res ſit,* nullibi tãta arcana reperiri, niſi in hujus loci uno Pharmacopolio. *Ob quã cauſã hunc particeps lucri non exigui cõmendat Pharmacopola, & ſic vice versâ ipſe Medicus, qui cum illo colludit: cujus ſervulũ etiã ipſe Medicus ſibi ſub ſtipe devincit, qui lenocinio fungẽs iſtũ apud miſeros ægros præfert, qui ad eoſdẽ inviſendos mittitur, neglecto Medico Collegâ, qui medicamẽta, abſente ipſo præſcribit & exhibet, nõ aliter ac ſi excelleret in arte. Quæ omnia veſtris repugnant legibus, in quib. ꝓhibetur, ne Pharmacopæi falcem in Medicorũ meſſem immittant: & ne propriis moti affectib. lucri cupidine neminem Collegarum ꝓmoveant, alterutrum aut extollendo, vel vellicando; viciſſim Medici Pharmacopœum vel hunc, vel illũ alteri non præferant, ægris ſubtrahant. Quæ omnia ut iniqua, ita ſi hiſce omnibus plura adjungenda, buccis inflatis, adductis ſuperciliis undiq; locorum propagatur;* Alterũ Medicorum ad plebejos; *(per quos omnes comprehendit Cives, imo & Nobiles)* nõ accedere, ſed magni nominis Viris & Principibus duntaxat ſuâ inſervire operâ; reliqs ordinariis, dũ ab Ampliſſ. Senatu ſtipendio ſunt cõducti ad praxin exercendã, extra urbẽ non dari licẽtiam: ideo ipsũ Ampliſſ. Senatui conditionẽ ſuã reſignâſſe, ut liber & im̃unis ubiq; locorũ praxin ſuam exercere poſſit: ei ultrò offerri ſingulis penè menſib. à q̧busdã Imperii Principib. conditiones, à quib. ei numerentur 1500. aut 1600. pro annuo ſtipendio: jam etjam oblatas ei eſſe literas, in quibus poſtuletur, ut Profeſſorem in Academia Tubingenſi agat. *Hæ & aliæ innumeræ jactationes & copiæ caſſæ verborum inſolentium per totam urbem divulgatæ ſunt, in eum ſaltem finem, ut ſolus apud ſimplices & credulos, qui rem non intelligunt, magnum adipiſcerentur nomen, & aurã captaret vulgarem; cæterorum interim famam & exiſtimationem minueret, aut inquinaret, vel ſi poſſet, prorſus extingueret. Quòd ſi & hæ machinationes doloſæ omnes nullũ felicem emergendi ſucceſſum ſortiuntur, tunc* arrepto ſupplici libello in Monaſteria ſe confert, ac Monaſteriorũ Præſuli eundem porrigit, ut intercedentibus ſimul aliis ſtipendium ei conſtituatur, ne conditione vacare videatur. *Quemadmodum autem ignis dum parvus eſt, nullũ infert damnum; invaleſcens verò alia poſt alia corripit, & latius ſerpit: ita ſi*

vitia hæc ſimul admittuntur, fieri non poteſt, quin detrimentum Reſpub. unà cum ſubditis capiat maximum. Ideo cùm extrema poſtulet neceſſitas, dum tempus adhuc hiſce omnibus jam enarratis malis ſuccurrendi, rogamus humiliter inclytum Senatum, ut ſuam authoritatem ad evitanda majora mala ſeverè interponat. Sin minùs, cogimur & nos noſtrumq́; bonum nomen & famam, ut & ipſam artem Medicam, cui addicti & jurati ſumus, adverſus hoſce Ardeliones publico defendere ſcripto.

His ita geſtis nuntiatum Rulando fuit, omnes eius dolos & artes Senatui Ampliſſimo adapertas eſſe: mox is ex improviſo occaſionem arripit tumultuariè ſe ulciſcendi. Et dum fortè me abſente hîc ad Nobilem quendam Francum, Dn. Johan. Conradum à Münſter Vexilliſferum, malignâ febre laborantem, accerſitur, egoq́ue ſequente die rediens per ejuſdem Hoſpitem vocatus accedo (ſummopere enim mihi commendatus erat à Cl. Viro Leonhardo Khun, Illuſtriſſimi Principis ac Dn. Dn. Philippi Ludovici Palat. &c. Medico Fideliſſimo, ut & à Nobiliſſ. Dn. Ludovico Vito Fucks piæ & ſanctæ memoriæ) omnia examino diligenter, nihil aliud invenio conſpecto ejus dorſo, niſi rubras maculas easq́ue multas; præſcribo quę malignitati reſiſtunt, Cor corroborant, atque ſanguinis fervori opitulantur. Jam enim erat corpus Neopurgi purgatum, ſimulq́; ſecta vena. Quibus id effeci, ut intra octiduum priſtinę reſtitutus fuerit ſanitati æger. In ipsâ curatione die ſubſequente, neſcio an ebrius, vel vino furioſus prorſus, quod omnem illi abſtulit ſenſum, me acerbiſſimis adoritur literis, dum imperioſè ſuo more mox ſic incipit; *Aut ſolus cura Nobiliſſimum Dn. à Munſter, aut tuâ te abdica curâ, me* DEI *gratiâ ſat potente, qui curem. Si enim vobis, jure Collegii violato, pharmacopolia injurioſè viſitare, me alto ſpreto ſupercilio, conceſſum eſt, & conſultationes, quibus & me legitimè petitum arcebatis, inſtituere; & mihi meo jure uti licebit, mederi ſcilicet cum Viris verè doctis & candidè agentibus, calumniantes fugere, hoſtiles impetus expugnare. Nec vos prius ulla συνουσίᾳ aut συμβουλεύσει dignabor, quàm revocaveritis mendaciſſima convitia in Pharmacopoliorum viſitationibus, & aliis effutita locis, præſentibus Viris magnis & doctis, me hactenus uſum venenatis medicamentis, Mercurialibus, &c. Tu Dn. Oberndorffere Vir ſi es, & Eruditus cœtui literato haberi cupis, publicè demonſtra, quod nugaris. Virum me ſenties non calumniantem, ſed ſolidè pro tenuitate ingenii mei reſpondentem.*

In ſecundis ſic: *Ignorantiâ te eorum,* (venenorum) *magnâ teneri exinde apparet, quòd mendaciter & rudiſter in Pharmacopolio effutiveris,*

ris, me uti medicamentis venenatis; me Chymicis medicamentis hactenus κατὰ λόγον καὶ τὸ πρὶν *uſum. Si hoc juſſu Magiſtratus noſtri evomuiſti, videlicet me uti medicamentis venenatis; jure meo & Cæſareo eloquor & edico, Magiſtratum noſtrum tam mentiri, quàm te mentitum eſſe.*

Ex hiſce nunc, tanquam ex unguibus Leonem, quilibet prudens, etiam me tacente, animadvertere poteſt, quanto cum ſtomacho in me inſontem omnem ſuam evomuerit bilem, à propoſito declinãs balbutiente ſuo ſermone, verbis amaris, maledictis nefariis, contumeliis frivolis me aſperè inceſſens, in hoc pertinaciter inſiſtẽs, *ſe nunquam uti venenatis medicamentis:* ſicque omnium ſuorum malefactorum culpam in me unicum & inſontẽ transfert, malè ſibi conſcius januam ipſe ſibi aperit, &, ut Sorex, ſuo indicio ſe prodit. Unde dum inanis futilisq́; ejus loquacitas, nullum eſſet finem habitura, veritatis amore accenſus, virtutis amore permotus, mendacii odio excitatus, ipſiq́; probro armatus rem hanc totam veſtro Senatorio Ordini aperui, cui jam per ſe notum, cum à nobis minimè repulsã paſſum, cùm Actor & Judex eſſe ſimul non poſſit. Quidquid enim hac in re egimus, id mandato & juſſu Prudentiſſimi Magiſtratus factum, qui ſibi à nobis modum præſcribi non ſinit. Et præſentes Ampliſſimi Viri, qui ipſi in ſingulis Pharmacopoliis ſingulas penè res cum verbis ipſis diligenter annotârunt, teſtimonium mihi publicum perhibere poſſunt, quemadmodum & ipſi Medici, me, ne verbulo quidem ullo unquam, EUM *venenatis uti medicamentis, multò minus Mercurialibus, mentionem feciſſe.* Verùm ut malè ſibi conſcius de ſe omnia dici putat, ita facta ſua eum jam pungunt, quæ veri ſunt Conſcientiæ laquei. Damnat id ipſe in his, quòd aliâs in ſuis libellis prædicat & admittit, admiſſum jam criminatur, dignus certè objurgatione & caſtigatione ſimul cum Delatore, cui tam patulas ſtatim prębuerit aures, ſic ut mox in principio dentem infregerit in ſolido. Deinde pharmacorum ſuorum nulla prorſus eſt ibi facta mentio, cùm formulæ iſtorum nobis exhibitæ nõ ſint. Non igitur in iis narrationibus vitium eſt recitantis, ſed mentientis animi. Inſuper pœnâ meritâ maximè dignus, qui mox in controverſię limine ter mendacii convincitur, quo homini literato nihil turpius.

Scribit Alex. l.6.c.10. apud Perſas & Indos moris fuiſſe, q ter mẽdacio abus', illi per oẽm vitã ſilentium imponebatur, nulloq́; Magiſtratu aut honore dign' habebãt. Quòd ſi hęc lex adhuc hodie floreret, ꝑ meo vicino Rulãdo nimis dura, ſed juſta eſſet futura. Interĩ more ſuo

oleum affundere camino non ceſſat,ſed mox in curiâ veſtrâ ꝑfrictâ fronte,mendacii immemor,nugatur,me non in Pharmacopolio,ſed *in tabulâ Sereniſſ.Principis ac Dn.Dn.Philippi Ludovici (Comit. Palat. Rheni, Ducis Bavariæ, &c. Dn.mei Clementiſſ.præſente Cl.Viro D.Philippo Menzelio Medicinæ Profeſſore in Academiâ Ingolſtadienſi digniſſimo & benè merito dixiſſe;* Eum *venenatis uti medicamentis.* Quod cùm mihi à vobis objectũ,falsò me accuſatũ reſpondi,eumq; nimis taxè locutũ: nihilominùs ne quid vobis in mentẽ de me ſiniſtrè veniat,me ad Dn. Menzelium hac de re priùs ſcripturũ,quàm Sereniſſ. Principi Dn.meo Clementiſſ. meis pariam moleſtiam. Is inter alia in calce ſuarũ literarum ſic reſcribit: *Quòd autem in menſâ Illuſtriſſ. Principis Palatini, Collegã,ceu venenatis pharmacis utentem, me præſente, infam averis, minimè recordor: neq; (quantum equidẽ memini) ullo verbulo is nominatus eſt. Fac autem tale quid dictum fuiſſe; ſcilicet is ego ſum, qui hoc ipſum Collega tuo protinus ſim renuntiaturus, & inter eos, quos officii ratio arctè conjunxit, lites & diſcordias ſeminaturus. Inquire in vitã & mores meos, nihil (ſpero) hujus labis in me reperies. Sed de his coràm uberiùs. Vale (Cl.Vir, meq; (ut hactenus) ama. Ingolſtadii, die X. Decemb. Anno ſalut. M D C V.*

Cùm itaq; animadverteret,ſe jam veritate victum,minas jactat & ſpirat ferociores cum impudentiâ, quæ, ut loquitur Xenophõ,ad omnem turpitudinem maximè Dux eſt,ac hoſce Teſtes floccifaciẽs, contra ſeverum Magiſtratus edictum falſis pro veris, infectis pro factis magis pertinaciter inhærens,librum *Chymiæ Progymnaſmatum* inſcriptum,ex *Iſraëlis Harveti Demonſtratione veritatis chymicæ,& Andr. Libavii examine ſententiæ Pariſienſis ſcholæ,* potiſſimùm conſutum,evulgat: in quo,nomine meo omiſſo, tam Vir iſte malus, quàm Homo futilis & ſcriptor mendax,in ꝓpoſito adhuc perſeverans,me & alios ꝑſcindit tacitè ſine causâ,ac ſuper hęc oĩa *me* inſimulans *veneni accuſatorẽ* malitiosè, ita ſuperbit & geſticulatur,quaſi contra effrenẽ Gigantem hunc nemo hiſcere auderet. Re benè deliberatâ lento egi conſilio, ac ſatis diu tacui, nec Sereniſſ. Principi ac Dn. Dn. Philippo Ludovico,Com.Palat. Duci Bavariæ, Comiti in Veldentz & Sponheim, Dn. meo clementiſſimo,manifeſtare volui. Tandem ne meæ bonæ diffidere cauſæ viderer,atq; ipſa res præſens poſceret remedium,nolens volens, quantumvis invitus (Nemo enim jure nobis id vitio dare poterit,niſi animum habeat malitiâ & invidiâ omninò ſuffuſum) etiam ad Sereniſſimum Principem ac Dn. Dn. Philippum Ludovicum Palatinum, Dominum meum Clementiſſimum,

rem

rem totam deferre coactus ſum, & Sereniratem ſuam pro Teſte adhibere omnium religioſiſſimo & ſufficientiſſimo: qui de me inſonte hoc modo ad vos dedit literas:

Fürſichtig/Erſam vnd Weiſe/Liebe beſondere/ Vns hat der Hochgelert/ vnſer beſtelter Medicus, vnd lieber getrewer/ Johannes Oberndorffer der Artzney Doctor, in vnterthenigkeit klagend zuerkennen geben/welcher geſtallt Er/wegen verrichter Viſitation der Apotecken in Regenſpurg/ mit D. Martin Rulanden in etwas beſchwerliche Jrrungen erwachſen/ſonderlich daß er Oberndorffer vom gedachten D. Ruland beſchuldiget werde/ als ob er jhn an vnſerer Tafel an Ehren angetaſtet/ vnd daß er venenata medicamenta gebrauchte/ bezüchtiget haben ſolte: mit vnterthenigter bitt/ weiln er ſich ſolcher aufflagen wol vnſchuldig wiſſe/ daß wir jhme deſſen zeugnus mitzutheilen geruhen wolten.

Weiln vns daň/daß dergleichen beſchuldigung an vnſerer Tafel fürgangen ſeyn ſolte/ nicht bewuſt: Alſo haben wir euch deſſen der Warheit zu ſteur hiemit verſtändigen wöllen/ vnd zweifeln nicht/jr werdet von Ampts vnd Obrigkeit wegen/ vnd ſowol publico als privato reſpectu, für euch ſelbſt nicht vngeneigt ſeyn/auff ſolche mittel vnd weg zugedencken/ wie beede theil diſer mißverſtand halber auff leideliche weg verglichen/ vnd mit einander wider zu guten freunden geſprochen werden mögen. Wolten wir vns auff gemelten D. Oberndorffers anregen nicht verhalten/ vnd ſind euch mit dienſtwilligem willen wolgeneigt. Datum Newburg an der Donaw/den 9. October/ Anno 1606.

Quis nunc tam vecors & ſtupidus eſt, qui non videat, Hominem hunc, toties auctoritatibus & Teſtibus oculatis & locupletiſſimis convictum, nullâ συνουσίας aut συμβουλεύσεως ampliùs, ut ipſius verbis utar dignũ eſſe, & quẽ nemo bon' reſpõſo, nemo colloquio, nemo aditu, nemo civitate, nemo luce dignũ putet? Hoc autẽ cogitare debuiſſet, cui hæc omnia nota fuerũt, ſi mica ſaltẽ Salis in inculto, indomito & rudi ejus corpore extitiſſet, antequã Propudium, dicere volebam *Propugnaculum* iſtud *Alchymiæ* in publicum ſparſiſſet, ne Ca-

merinam movendo fortè ejus machinationes & technæ in lucẽ prodirent, cùm aliâs nihil ſit tàm tectum & opertũ, quod nõ reveletur, & nihil occultum, quin futurum ſit ut ſciatur.

Quanquã autẽ tum temporis mihi in animũ induxeram, ferocitatẽ iſtam Hominis minùs urbani comprimere, & innocentiã tum meã, tum aliorũ publico ſcripto teſtatã facere, & vanitatẽ opinioſiſſimi ſcriptoris refutando convellere, quã antehac ſtylo Germanico, quaſi penicillo adumbravi: ne mea viciſſim ꝓpugnatio ei potiſſimũ libello defuiſſe videatur, accidit, ut cũ Sereniſſi. Principe ac Dn. Dn. VVolffgãgo VVilhelmo Palatino Rheni, Duce Bavariæ, Dn. meo Clementiſſimo, ꝓficiſcendum mihi fuerit Pragã: ibi tũ Electoris Saxoniæ Legatos, tũ inprimis Sereniſſimi mei Principis Conſiliaros Rulandus rogat & orat, *ne quid intermittãt, ſed omnes nervos intendere velint ſedulò, ut recõcilatio animorũ fieri poſſit*. Ante autẽ noſtrũ diſceſsũ impẽſiùs inſtat, evincitq; inſtando, interponẽte ſe inprimis ipſo Sereniſſimo Principe, *culpã & injuriã mihi à ſe illatã cõfitetur, ac in unũ veſtri Ordinis hominẽ*, cujus anima nũc Deo vivit, *hujus Tragœdiæ, exacerbationis & diuturni odii authorẽ & ſtimulatorẽ in omniũ præſentiâ transfert*, araneis ſimilis, quæ ex ſe telas texũt: ita hic ex ſeipſo cõminiſcitur ſtatim fabulas ac mẽdacia, cũ nihil ſubſit veri, ſaltẽ ut majores nectat rixas. Ab eo tẽpore cũ Amicũ eſſe reconciliatũ, & oĩa eſſe tuta rat' ſum, ut ipſe ſibi fuerit non ſine magno applauſu ſimul cum illis, ad quos ante meum Pragâ reditum, huc ſcripſit, gratulatus.

Nunc elapſo vix uno anno, neſcio ſanè quâ furiâ excitus & incenſus, ambitione & odio mei iterũ abrept', excuſſo mẽtis ipſius Rectore & Cõſultore, *fidẽ datã nefariè frangit*, ne uno verbulo à me læſus, Amicus eſſe deſinit, qui ſine dubio nunquã ex animo fuit Amicus, malâ fide mecũ agens, meras nugas tractãs furioſis verbis: horrẽda crimina, ut antea, ita nũc denuò mihi publicè imponit, & graves ꝑ fas & nefas ſine rubore inurit cõtumelias, Canes imitatus, q̃ poſtquã ſemel coriũ deguſtârint, haud facilè inde abſterrentur. Identidem & hic, cùm ſemel maledicus, ac limites pudicitur jamdudum transgreſſus, veritatis oblitus, & mẽdacio aſſuetus, nunquã ullius honeſtatis, benevolentię & gratitudinis meminiſſe ampliùs poteſt. Proinde velut ille ad vomitũ revertitur, ita hic ad ꝓbra, mẽdacia & flagitia ſuâ maledicẽtiâ ſemper relabitur, & quod omniũ ſceleratiſſimũ, *perfidus* fit ſceleratè.

Quamobrẽ nemo mihi vitio vertat, ſi aut aliq̃d acrius deinceps ꝓ me atq; aliis cũ veritate dixero; aut etiã liberiùs hîc egero, quã vel

per-

perſonæ meæ dignitas, vel cauſæ ipſius bonitas poſtulare videbũtur: ad q̃ faciundũ ipſe Rulandus, Fortunæ ſuæ faber, me ſuis calumniis, ſuis cõtumeliis, ſuis cõſutis ſtrophis innocentẽ & immeritũ ꝑtraxit & incitavit, ignẽ hũc fumo ſuo ſuſcitavit; unde lux hęc effulſit clara.

I.

Ac primũ *ejus Myſteria Chymica vel medicamẽta*, ſi modò hoc nomine digna, de quibus hactenus tãta gloriatio, *in theatrũ Medicũ producta*, quæ aliâs condita & ſepulta latuiſſent: ut omnes ſaniores intelligant, *minimè ea eſſe, quæ ſalutaria dici, & in ægri emolumentum adhiberi poſſint, cùm veneni labe non careant.*

II.

Ea remedia, quæ Rulandus in ſuo Progymnaſmatum, vel potius phantaſmatum Elencho Spagyricorum remediorum ponit, breviter examinabo, *an ea ſint, & qualia, ab ipſo* tumidis *proclamantur* buccis, nec ſine cõvitio jactantur, *quod in uſum communem, inq; ſalutem generis humani commodè ducta ſint.*

III.

Num ea cum juramento Baſileæ præſtito conveniant.

IV.

Suam Epiſtolam, perfidiæ & ingratitudinis tanquã vivũ exemplar, calumniis & mendaciis plenam, ipſi, ut meritus eſt, cum retorſione perpetuâ remittam.

Digreſſio de Chymiæ uſu & abuſu.

Antequam verò hac de re verba facere incipiam, parùm hîc ſubſiſtere mihi liceat, atque odioſa illa verba: *Miſochymicus, Oſores Chymiæ ignari, rancidi, Chymiatriæ adverſantes &c.* quibus me & alios pungit, diligentiùs examinare. Quæ, ut Calumniator, ex ſinu ſuo appoſuit, indefeſſo ſtudio contendens eò, ut & me hac ratione omnibus odioſum faceret, & omnium ludibrio exponeret: ita ſunt mihi Teſtes compertæ fidei multi celebres Pharmacopœi, diverſis in locis, quibus contrarium

Digitized by Google

trariũ notius, quàm ut à me dici vel ſcribi poſſit, cùm ante 30. annos primus in hoc loco fuerim, qui verè Chymica, hoc eſt accuratiore curâ & induſtriâ elaborata medicamenta, non infeliciter in uſum medicũ traxerim & adhibuerim. Nihil temerè dico, nihil mentior: infiniti adſunt Teſtes, qui affirmare bonâ fide poſſunt, ut & formulæ in ipſorum Officinis adhuc extantes abundè teſtantur. Sed & hoc mendacium illi concedendum tanquam Medico, ſed Empirico; aliis minimè. *Plat. 3. de Rep.*

Ut autem conſcientię meæ & omnibus bonis ſatisfiat, non calumniæ, quam deteſtor: ſemper judicavi cum ſanioribus, *veram Chymiam Medicam* (De hac enim nobis Medicis debet eſſe ſermo, non de abſolutâ illâ, quæ nullo fine communi continetur, quamvis multa multis utilia, etiã medico producat, niſi fortè lapidis illius phantaſtici potiùs, quàm Philoſophici faciendi) *eſſe rerum naturalium ſeu ſimplicium medicamentorum omninò omnium, ſive ex animalib. ſive vegetabilib. ſive mineralib.* (Tot enim fiunt genera etiã apud Galenum 6. ſimplic. 1.) *ſumptorum, ad uſum medicum, ferè beneficio Ignis præparatricem, ſive per partium facultatibus differentium ſeparationem* (à qua ob humores liquorésve elicitos *chymia* videtur dicta, etſi aliis ob metallorum fuſionem) *ſive per ſeparatorum ab inutilib. cum ſuis abiſq; utilib. conjunctionem novam*: à quâ utrâq; operatione nõ ineptè fortè *ſpagirica* appellata eſt, ἀπὸ τῦ σπᾶν, quod eſt vellere aut divellere conjuncta, & ἀγείρειν, quod congregare diviſa aut ſparſa. Opus ſanè, ut veterib. non planè ignotũ (quemadmodũ poſt Cęſalpinum, virũ omni laude, quæ ob philoſophiam & medicinam debetur ulli, dignum, l. 2. de medic. fac. à capite. 15. luculenter doctiſſimus vir D. Jacob. Zvvingerus oſtẽdit eruditiſſimo libello nuper edito, Exam. chymic. princip. cap. 7. Galenò certè adeò vehementer deſideratum, ut pro arte ſolâ ſeparandarum partium contrariarum, inveniendâ nõ dubitet omnia ſubire pericula, ut ait lib. 1. ſimpl. c. 19. ideoq; inventu perfectúque difficilimũ: ita partum jam præſtantiſſimum, omniq́ue laude cumulatiſſimum; in primis ſi eidem Medica peritia ſecundũ medendi Methodum fuerit conjuncta, & ambitioſa contrà nugacitas temeritasq́ue ſublata. Ideoq; fateor, nos virtute atq; inſignium Chymicorum præſtantiâ & exercitationibus, multos nunc habere eximios liquores, balſamos, Eſſentias, quas dicunt, atq; olea & alia, ante noſtram ætatem prorſus incognita; quorum omnium excellentes Artifices ſummâ laude dignos exiſtimamus.

Hanc

Digitized by Google

HācChymiā verā amo venerorq; , cupidis amplector ulnis,& ſuâ laude cū ſaniorib' ad cælū uſq; extollo,atq; inſtar gēmę pretioſæ habeo. Hujus autē Rulandus,ut non ea,q̄ jactat,jecit fundamēta,ita nec cū ratione methodoq; utitur : nedū ut virum bonū decet: nec quenquā arbitror fore,qui ſi modò hūc Hominē nôrit,aut ineptias editas hactenus legit,fraudesq; propendit,hac in parte à me ſit diſſenſurus.

Econversò,fucatam,doloſam & adulterinam iſtam Chymiam, quę Garrulos nimiâ fiduciâ auro argentoq; unicè inhiantes, ſolisq; promiſſis divites Jatrochymicos,ſublimatores,& nuper natos novos, novarum cauſarum exploratores,fumivenditores, Hiſtriones, fraudulento titulo Medicos ænigmaticos , veritatis Inimicos & Olores maximos , ac neſcio quorum arcanorum damnoſos Nugaores,veterem & veram Medicinam Chymicis corruptelis conſpuentes,& ejuſdē præcepta ſolidiſſima rejiciētes acevertentes, nō aliter ac Peſtes Civium publicas cum omnibus bonis meritò odimus, & proſcribēdos ad extremos Orbis fines cenſemus: ut qui vehementiſſimis plerumq; cauſticisq; pharmacis citiſſimè,vel calorem noſtrum innatum (qui in temperaturâ conſiſtit, & mediocritate gaudet) maximè accendāt, & ſiccitate immodicâ humidū vividū ſive primigeniū abſumant, aut ſpirituū Cordis in languentibus ſubſtantiam abominabili metallico fœtore evertant. Unde omninò fieri nequit,quin Chymicis fucatis ac impitè factis magno noſtro vitę diſcrimine utamur : præſertim quando ejuſmodi ad ſummū ſunt extenuata , & abſq; determinato pondere, contemptis ſcopis Medicis,repudiatâq; Hippocratis & Galeni methodo,omnium hominū generi,quocunq; etiam tempore & cuiq; morbo ac temperamento exhibeantur, quippe quibusplures miſerè perduntur & occiduntur,quàm perſanantur. 2. Abuſus.

Nunc etiā hoc Rulandus , qui ſe in arte Medicâ & Philoſophiâ (quæ nos benè honeſtéq; agere , deq; omni naturâ accuratè & perſpicuè diſſerere docet) inſtructū opinatur,ſcire debet,corporis Morborumq; cauſas,non ad medicamina Chymico atq; ultimo Vulcano præparata torquendas,ſed hæc ipſa,qualiacunq; ſunt,ad ſingulorum infinitorum Hominum & affectuū naturas ſingulari fide convertenda eſſe. Etenim medicamenta corporis cauſâ inveniuntur, non corpus medicamentorū gratiâ; alioq; ſtupida,iners,imò cæca erit omnis medicatio. Nā ſicut Princeps ad Reipubl. cōmoditatē, non hæc ad illius volūtatē cōſtituitur; ſic ſumma Medico cura ſit,cōtrariis exactè medicationibus cujuscunq; morbi cauſā tollere, nō incompertis,enormib', vehemētibusq;,nullis artis legibus,nullo firmo ordini

Digitized by Google

nitentibus fidere,q̃ graviter decumbentẽ morboq́; magno afflictum
lędere,nihil autẽ primarię occaſionis adimere poſsũt. Hãc ſanè Chy-
miã exercet diligẽter Ruland'. Quantũvis n. tãquã verã buccis tum-
dis apud alios prędicet,& ſub criſtis verę Chymię ſua conẽt tegere atq;
defẽdere vitia:nihilominus vilib' ſępè,& noxiis,ut ex ſequentibus pa-
tebit,utiẽ, & interim de quintis atq; arcanis eſsẽtiis īmani pretio auri
extractis nugaẽ,ſicq́; impitis fucũ facit, ut major recõditiſſimis ſuis
arcanis fides habeaẽ. Et licèt gloricẽ in angulis,multo ſe curâſſe ſuis
medicamẽtis Chymicis,ꝓ deſperatis ab aliis relictos; tamẽ id neſciũt
boni Viri,& veri Artifices,q̨ ſoli de his artib' poſsũt judicare. Id apertũ
& cõ pertũ eſt, pręter privatas prędicationes atq; laudes, & domeſti-
ca teſtimonia,in conventiculis clandeſtinis & cõeſſationibus eorũ ad
libitum conficta leviſſimè,aliud fide dignum nihil reſtare.

2. *Chryſopœia.* Si mihi autẽ dicendũ eſt etiã de eâ Chymiâ,q̃ Magicũ illũ celebra-
tæ feracitatis lapidẽ Philoſophorũ,ſi nõ Moroſophorũ,cõficiat,tan-
quã ſummũ & divinũ opinione ipſorũ auxiliũ ad oĩa coporis mala
depellẽda;ut & ea,q̃ jã diu multumq́;acerrimo ſtudio atq; incredibili
cupiditate incũbit in Auri veri effictionẽ: tũc certè de hac tantũ ſen-
tio,quantũ ſenſus & inde deducta ratio dictat. Dũ n. effectio Auri,ut
& lapidis iſtius ꝑ artem veſtrã Chymicã eſt poſſibilis, cur ea tãdiu ſi-
ne intermiſſione,noctudieq́; herculeis planè laboribus quæſita,& tã
multũ optata nondũ reperta & uſitata fuit? Etenim poſſibilis dicitur,
ut eſt,generatio animaliũ, medicamentorũ,aliarũ multarũ rerũ,non
ſolũ ꝑ naturã: ſed etiã ꝑ ſolertiã & induſtriã humanã :quia jampridẽ
inventę ſũt artes,q̃ hujuſmodi res & verè & facilè poſsũt ꝑficere. Cur
idẽ nõ cõtingit in Auro Chymico,& Saxo iſto Siſyphi? Niſi quia vel
talis mod' efficiẽdi tale Aurũ & Lapidẽ ſimpliciter eſt impoſſibilis:vel
ſi poſſibilis,nondũ tamẽ is eſt ingenio humano:& fortè nec explora-
tè & ꝑfectè cognoſceẽ unq̃. Quod ſi autẽ habẽt iſti,ut jactitant,verã
certãq́;artẽ Aurũ cõficiẽdi & Lapidẽ iſtũ,cur ſibi primũ nõ faciũt tã-
tũ Auri,ut nullius egeãt,ſed bonis omnib. q uę parari Auro poſsũt,af-
fluãt & abũdent? Huic n. unicè inhiãt, noctu diuq́; hoc ſitiũt indeſi-
nẽter;cũ nil niſi Aurũ crepẽt:in quorũ furno ſi Aurũ germinaret,cer-
tè pinguioris fortunę eſsẽt,nec opus,ut alios ꝑpter id ſuis technis cir-
cũvenirẽt & mẽdaciis fallerẽt adeò,ut verè q̨dã dixerit de chym. iſtis,
eos tã inanẽ pecunię nõ malè q̃ſitę ſemꝑ habere crumenã,quã cerebrũ
differtũ. Ac ſi vera dicere auderẽ,exiſtimarem hos ſpe inani Crœſo eſ-
ſe ditiores; inopiã verò Iro & Codro pauperiores, ac nõ niſi vanis ſuis
ꝓmiſſis alienis opibus exhauriẽdis ſtudere,ut ſuã quoquo modo ege-
ſtatẽ ſublevent,atq;, ut ille dicit, *Aurũ non efficiãt,ſed abſumant;crume-*

Digitized by Google

nas nõ impleãt, ſed magis depleant; Aurũ in furno nõ coquãt, ſed decoquant & exhauriant. Ideò nõ immeritò cũ eminentiſſimo cõſummatiſſimi & acerrimi judicii Viro Julio Cæſ. Scaligero aſſevero, *iſtas* (Alchymiſtarũ) *fornaculas odio odi plusquã Vatiniano. Sunt n. Noctuæ ad aucupia crumenarũ, à quibus Aurũ, ꝗ poſtea pollicentur, ſibi captent prius.*

Ex his nũc clarũ eſſe poteſt, qualis ſim *Miſochymicus*: abſurdarũ nẽpe ꝑnicioſarumq́; opinionũ oſor, & Pſeudochymicorũ medicamẽtorũ hoſtis maximus. Si quis aliter ſẽtit, is me de hac re amicè admoneat, & ratione & experientiâ cõvincat, meq́; his meliora doceat. Sic vict⁹ lubẽs cedã, ne in ꝓpoſito ꝑtinaciter ꝑſeverare videar. Etenim homini ingenuo nulla gloria major, quã veritatis patrociniũ, etiã cõtra ſe ipſum. Si hoc adhuc tibi diſplicet, da operã ſtrenuã, ut hujus Lapidis ſaltẽ miculas aliquot cõpares, & Auri illicò Talẽta, quotquot voles tibi, cõſequêris, eũq́; te ita oſtentes, ut Auro Chymico inauratus, aut, ſi mavis, totus aureus alicubi ſtare poſſis. Sic n.

Semper honos nomenq́; tuum laudesq́; manebunt.

Licèt autẽ Auri ipſius illectus commoditate, Vulcanum hoſpitio licenter accipere, & luculentas ei inſtituere Officinas prompto animo vellem ad aurũ faciendũ & habendũ; tamẽ me deterret, quòd videam Chymiã iſtam Artificium eſſe, quod blandâ amabilitate Cultores ſuos ad fortunæ humilitatẽ redigat & ſtrãgulet. Et ut huic meę opinioni magis inhæream, cõfirmat me magni iſtius Tritemii admonitio ad tales Chymicos, *ne aut nimis ſecurè in rebus Chymicis progrediantur, aut nimis facilè Chymicorum falſorum dictis fidem præſtent*; adeò ut vero verius eſſe credam, quod dicit, *Chymiam, nempe, perpetuò Virginẽ eſſe caſtam, à pluribus quidem adamari, ſed multas habere ancillas famulantes, quæ Dominam ſuã perpetuâ vigilantiâ cuſtodiant, ſeq́; ejus nomine ſupponant, ut eã cõſervẽt à cõmercio tot importunè amantiũ tẽpore ſempiterno intactã. Vanitas, fraus, dolus, ſophiſticatio, cupiditas, falſitas, cõfidentia, mẽdax ſtultitia, paupertas, deſperatio, fuga, ꝓſcriptio & mẽdicitas, Pediſſequæ sũt Alchymiæ, quæ jã ſimulãtes Dominã amatã, eã inviolatã cuſtodiũt, & ſemetipſas illius Procis pecunioſis, avaris, cupidis libenter proſtituunt.* Hactenus Tritemius.

Ex ꝗbus omnib. clarũ eſt, hoſce Chymicos oẽs magis ſacrã auri famẽ & cupiditatẽ tangere, quã philoſophicã animorũ curã amplecti, ꝗ oẽs ad unũ ſalebroſi & ęnigmatici ſũt, hęſitãtes, & in hãc artẽ ſine duce ingredientes, ꝓrſus ꝑplexi in medio operis ſępè eã nõ ſine levi jacturâ rei familiaris deſerunt; aut dubitãtes magno cũ inſumptarũ rerum detrimento turpiter illã dimittũt. Idipſum, ne jacturâ & pudore doctior, ſeriùs ipſis Phrygibus ſapere viderer; & damno accepto mihi contingere poſſet, ut inanẽ in furnis capeſſerẽ laborẽ, tibi hanc

provinciã relinquã:tu promiſſis dignũ præſta,ac aureos ꝓcrea nobis fœtus,aut ꝓMajeſtate vacui nominis tui,clemẽter patere,ut aliquid, aurei ſplendoris exigui ex aurifactrice tuâ arte nobis etiam irradiet, quo Cor exhilarare poſſimus.Id enim Cor recreare creditur.

Verùm quia ſemper præſtat,tuta ſuſcipere, & capere inde fructum mediocrem & certum,quàm ingentium commodorum cupiditate tractare,quæ periculũ habent,res ubi non,uti expectata eſt.ei cecidit:Ideò affectanda illi neceſſariò fuerũt alia Chymiæ cõpendia, eaq́;ſatis quoq; lucroſa ipſi. Nã,ne ꝗd fraudi decederet,jã experientiâ edoct' ſimul,nec aliter fallere ampliùs ſciens;nihilominus ut magnus videretur & haberetur Chymic',etſi fortè artis nunquã etiã leviſſima fecit rudimenta,ad medicamẽta nimis anilia & circũforanea cõfugit,atq; cũ iis nominũ novorũ impoſitione, abuſu & inverſione aliorũ ludit, Veniendum enim ad propoſitorum primum.

I. PARS
De myſteriis Rulandi Chymicis.

Sed ne tã citò fraus, odio digna meritò, animadverteretur, ablandiens ſibi ipſi titulo ob lucrũ, *Aquã* illã *Benedictã* encomiis jamdudũ celebratã in uſum revocavit,quæ ut in arcanis Rulandicis arcaniſſimis & ꝓfundiſſimis diu latuit;ita excellentẽ hanc aquã Chymicã in lucẽ ante alia egregia myſteria primũ ꝓferã,ut omnes boni videãt & intelligãt,eã nõ ex Hippocratis,& Galeni,vel aliorũ rectè medentiũ monumentis,ſed ex Traduce,Patre in Filios,ut hi gloriãtur,hauſtã eſſe:cujus divinũ præparandi artificiũ hoc modo ſe habet:

I.
Aqua Benedicta.
I. Præparatio.

Accipe Antimoniũ,ꝗ habet venas ſubtiles,ſpiſſas.ſicut capilli,& lucidas,& ꝗ, cũ rũpitur,habet colorẽ citrinũ,quantũ vis:pulveriſa vel terito ſubtiliter ſuper Lapide Pictorũ aut alio polito,admiſce ſalis dimidiũ & pone in vas figulinum quadratũ,oblongũ,nõ vitreatũ. Hujus præſtat 2.vel 3. parata habere, ut uno fracto aliud in prõptu ſit.Illud vas noli implere,ne inter vertendũ ejiciatur,& ne inæqualis fiat calcinatio. Incũbat verò vas ſecundũ extremitates tegulis, ut ſubtus carbones cõmodè locũ habeãt: oportet munire à lateribus cũ tegulis,ne dũ vertitur rudiculâ Antimoniũ,vas loco facilè moveatur.Rudicula talis eſto.Et eſt pars ferrea,cui ſit infixus baculus ligneus oblongus,ut,ꝗ verſaturus eſt Antimoniũ,remotior ſit,ne lædatur à fumo,& minore etiã defatigatione agitet.Sub hoc vaſe accendũtur carbones ſub claro cœlo nullo vento flãte,& paulatim ignis confirmatur:tunc rudiculâ move,inde fumũ emittit albũ& operimentũ, tunc cave tibi.Et quãdo vides Antimoniũ , dum vertis, in vaſe quaſi liqueſcere & vaſi adhærere, ut liquidum fiat , & multa glebæ coaleſcant , mox ab igne vas

Digitized by Google

cum ♁° depoſito, & nihilominus tamen cum rudiculâ vertito, donec in glebas concreſcat & frigeſcat. Deinde concretum Antimonium abrade, pulveriſa, aut in mortario contunde,, rurſus in lapide contere ſubtiliter, contritũ rurſus, ut antea, igni admove, & paulatim ignis confortandus eſt, vertendo cum rudicula ſine intermiſſione, donec rurſus liqueſcere & vaſi adhærere velle appareat, & vas quaſi igneſcat. Tum iterum ab igne depoſito, & rudiculâ ſemper moveto, donec rurſum in glebas quaſdam concreſcat & frigeſcat. Ego ſexies, ſepties, octies aut ſæpiùs calcinavi, donec omnem amiſerit fumum, & album aut rubicundum factum. Tum ut antea ſecundò terito in lapide, & ſi jam pulvis Antimonii ſimilis planè ſit cineri albeſcenti (daß es an der farb ſcheinet wie ein rötlich oder weißlich aſchen. Dann ſo es an dem fewer wie zuvor keinen rauch mehr von ſich gibt / vnd nicht mehr ſtincket) non opus eſt tertiò admoveri igni. Aut potes ſic probare an perfectum ſit & ſatis calcinatum, ſi in ardente carbone nullum amplius emittit fumum. Item nimb einen Goldſchmidt tigel / iſtum pone ſuper ignitos carbones, donec extrà & intus igneſcat, poſtea injice parum de illo pulvere Antimonii calcinati, & ſinas liqueſcere, donec Antimonii liquor igni & ignito craticulo ſimilis fiat (das iſt aber ein zeichen / daß das Antimonium zerfleußt / ſo du oft in glüenden tigel mit einem groſſen eiſern drat greiffeſt / das ♁ bleibt hangen am drat ſchön gelb vnd roth / dann zeuchs flugs herauß) poſtea guttatim funde liqueſcens aut ſuper marmor vel lapidem alium. Si ſatis eſt calcinatum, tunc ♁ fuſum colorem rubeum, aut rubini vel granati referet: ſin adhuc nigrum ſit, tertiò igni admoveto ♁ & tertiò ignem paulatim confirmato, donec tandem (quod multò tardiùs; quàm ſecundo loco, ut ſecundo tardiùs, quàm primo fieri conſuevit) rurſus ita parùm liqueſcere & adhærere videatur, & tunc ſubitò dabit fumum magnum, & quamprimùm ſatis eſt, tunc quaſi momento deſinet fumum dare, ac tunc iterum depoſito ab igne, & vertas rudiculâ; donec frigeſcat, ac ſi non in glebulas evaſerit, iterum terito, & tunc etiam non amplius ſcintillas. Es iſt kein glintzend ding mehr drinnen / vnd iſt gleich einer ſchönen weiſſen aſchen. Poſtquam ita calcinatum eſt ♁ impone materiam olla vitreata, affunde aquam ferventem, agita cum baculo, ubi paululum reſederit, innatantem aquæ ſalem vel materiam cum cochleari detrahe, ſic aliquoties move, dum adhuc calet aqua. Poſtea ubi benè reſederit, defunde aquã, & affunde novã calentẽ (quidam affundunt acetũ fortiſſimũ deſtillatum) & ſi quid ſupernatat, tolle. Tertiò rurſus atteratur, & tertiò acetum calens eodem modo affunde, & depone, materiam ſupernatantem, &

cùm ſubſederit ♁ depone. Ultimò in ollâ ſinas exiccare ♁, vel exiccetur citò ad ignem aut in ☉ vel U. *ſi opus ſit. Mox crucibulo* (in einem tigel) *ignito intus & extrà parum ſemper infundito, & ſinas liqueſcere tamdiu, donec liquor & crucibulum intus ignis colorare ceſſant. Tunc fundas in marmor vel lapidem guttatim & habebis pulchrum* ♁. Wanns noch nicht ſchön genug iſt/ ſo mag (*rarò faciendum,* dann je länger es darnach brinnt/ je ſchöner es darnach wird) mans noch einmal oder zū dritten mal in tigel thun/ ſo gar fewrig ſeyn muß/ darnach thu man auf einmal nur ein wenig in den tigel etwan 2. oder 3. nußſchalen voll von der aſchen ♁/ nach dem der tigel klein od' groß iſt/ vnd darnach ſoll man weidlich mit dem blaßbalg zublaſen/ vnd das fewer ſtercken *uſque ad ignitionem ♁ij & crucibuli.* vnd alſo ein kleine weil verziehen vnd darnach mit einer Goldſchmidt zangen auß dem fewer gethan/ vnnd auf einen ſtein goſſen/ je länger es im fewer bleibt je röther es wirdt.

2. *Doſis & modus utendi.*

Et hic eſt certus modus parandi & calcinandi ♁, cujus doſis ſunt gr. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 10. cum totidem Maſtices, & pauco ſucco roſaceo. Bibitur poſt ſtatim parum juris piſorum. In Clyſteribus. datur ſine pondere in Colicâ affectione. Iohan. Uvierus gr. iij aut 4. infundit per noctem in vini unc. j aut paulo amplius, deinde per linteum vino colato admiſces pulveris Canellæ, id eſt, Cinamomi electi pauxillum, quod bibendum exhibet.

Rulandus infundit totidem per noctem tria, aut pro neceſſitate 4. vel 5. in aquas & liquores convenientes morbo, & hoc pacto mira præſtat. Idem etiam cum cibo prabet, ſi aliter offerre non poteſt: & feliciter operatur.

3. *VIRTUS.*

♁ hoc quid poſſit & valeat, jam longo uſu & tempore ipſe Martinus Rulandus expertus ſum, tanquam expertus Medicus, & didici in quartanâ febre curandâ, in Ictero, in aliis febribus, Epileſiâ, Aſthmate, Iſchiade, Paralyſi, & in omnibus ſimilibus morbis & in ſcolica. Et ego infuſo ejus curavi omnem Hydropem, Pulmonis, Iecoris, Lienis, Ventriculi, & aliorum membrorum ægritudines omnes mirâ DEI OPT. MAX. *gratiâ & favore. Sed caveat & ab hoc abſtineat, quicunque ejus virtutis arcane eſt ignarus & inexpertus.*

Hactenus

Hactenus Martinus Rulandus Senior, qui hunc Chymiæ Theſaurũ poſteritati ſuæ, ut κειμήλιον aliis non communicandum reliquit. Quo is, ut ex ſuperiorib. patet, in graviſſimis morbis uſus eſt, ſed ita, ut idipſum Antimoniũ in liquorem aliquem juxta placitũ & palatum ægri aliquot infuderit horis, eoq; tandem colato patiẽti exhibuerit, titulo non tam ſpecioſo, quàm gratioſo decorato, Aqua nempe benedicta inſignito & indito.

Judicent nunc Viri boni, docti ac prudentes, nũ hæc cum titulo tam ſplendido atq; magnifico cõveniat, an ſecus; & an benedicta vel maledicta ſit, ſalutarísne, an maligna. Martinule ſapientule, lepidiſſime Philoſophule, qui hactenus ab aliis publico ſcripto ſæpiùs admonitus, ut hanc divinam aquam evulgares, doce nos meliorẽ, aut dedoce. Hæc enim de verbo ad verbum ex tui Parentis aureo Secretorũ libro deſcripta eſt. Iſtum inſpice iterum atque iterum evolve, ac ſi inveneris ſaniorem, propter bonum publicum eandem nobis communicare non dedignare.

Æquum autem fuiſſet & laude dignũ, ut hæc aqua tot decantata laudib. jamdudũ in conſpectũ Excellẽtiſſ. Medicorum pdiiſſet: tũc multi hac centauricâ medicatione, aut veriùs mordicatione, rectè aliis monentibus, in extrema repentè diſcrimina, vomitus vehementiſſimos, Colicos dolores acerbiſſimos, Diarrhęas crudeles, convulſiones lethales, ſyncopas frequentes, & præmaturas mortes nunquã inducti fuiſſent. Sed hæc, delicatule Rulãdule, minimè tibi ſtomachum moveant, cùm nihil hîc affectib. tribuam, ſed rationi, & veritati, quam metiuntur ſapientes Bono, non privato, ſed publico, omnia. Veritas quippe ſcopus eſt, ad quẽ hæc omnia dirigo & collimo, ut ſacræ Artis Medicæ dignitas cõſervetur & unicè tueatur. Si autem meliorem priore habes, non amethodicam aut Empiricã, qualis eſt illa, huic nõ diſſimilis, quæ in diſpenſatorio Georgii Melichii invenitur & apud alios: ſed ſalubriorẽ, ſecuriorẽ, ſine ullâ violentiâ operantẽ, nec ullam naturæ vim inferentem, ſubſtitue, eamq; nobis propala.

Hæc n. vehementia pharmaca in exiguâ doſi exhibita, dulcib. admiſta, ſub quib. ſępè venenũ latet, palato grata, ſaluti minimè; adeò naturã cõturbant, & tantoperè exagitant, ut cogatur ſusq; deq; quâ poteſt, ſe exonerare tãtâ violẽtiâ, ut aliquãdo cum ſpirituũ exolutione mors ſubitanea & inopinata, aut morbus priore deterior cõſequatur.

Inſuper nec ritè hoc purgat, tollendo nempe id q peccat, ſed ſine delectu irritando naturam ſuperpurgat, ſic, ut tàm infernè, quàm

ſupernè

ſupernè ejiciat ómnes humores valde difformes, pōderis & virtutis quantitate non imminuta. Quoties enim idem infunditur, toties novam purgandi vim liquori impartitur, citra virium ponderiſque imminutionem. Quare ii viderint, quomodo artem ſuam tueantur, qui id laudant, & exhibent ſine omni delectu. Id certum eſt, Vitrum Antimonii Ori ventriculi inimiciſſimum exiſtere, in venas raptum & diſtributum per corpus etiam reliquas partes laceſſere & vellicare, ſed levius, ut quidam volunt.

Quercet. in Diatet. cap ultimo

Teſtantur ſanctè Chymici, ſe nunquam vitro Antimonii uſos fuiſſe. Non enim in vitrificatione conſiſtit vera ejus virtus, quam & omnes Philoſophi Chymici improbant, ſed in verâ ejus præparatione, quam Baſil. Valentinus Monachus Ordinis S. Benedicti, qui longè ante natum Paracelſum vixit, edocet, ſi modò & huic credendum. Nec opus eſt, ut ægrotantes noſtros in vitę pericula per jàm violenta conjiciamus, quæ vires potiùs convellunt, ventriculum enervant, labefactant & eundem erodunt, nec non totum ægrorum corpus purgationum torturis exagitant, cùm tutiora nobis ad manum ſint, quæ tutò, facili tolerantiâ & levamine expurgant. Cùm enim ſuppetant fruges, fruſtrà veſcimur glande, ut non immeritò Aſclepiades fortia medicamenta purgantia rejicienda cenſuerit. Unde etiam magis cavendi & fugiendi hi, qui Antimonium & hujuſmodi pharmaca alia, ne veneficia eorum deprꝛhendātur, variè mutant, alterant, pingunt, & ſæpè nomen illuſtre nefarie medicamēto inducunt; aut ita òbſcurant, ut quid ſignificet, nullus plenè intelligat. Quod apud hos magnæ eſt artis; aliàs Chymici Medici nō ſunt, nec habentur, & ſi hiſce obſcuris & monſtroſis non uterentur vocabulis, tunc pulcherrimæ, ſecretæ & pecunioſæ ipſorum arti tantum decederet, ut non haberent, quo panem atrum ex heſterno jure vorarent.

Vera autem Chymica perlaudata remedia me, ut & alios peritos Medicos non fugiunt, nec mihi deſunt. Ea autem ſunt blandiora & ſecuriora tuâ *aquâ benedictâ*, quibus & in diverſis affectibus feliciter utor, habitâ ſemper ratione temporis, ſexus, ætatis, conſuetudinis, & aliarum circumſtantiarum. Quare ſi Chymica tibi tantoperè cordi, vera, non falſa, rationabilia, non anilia, ſalutaria, non deleteria in medium poſthac afferto, aliàs omnes unanimiter ſtatuent, te in fornace quidem natum, ſed in eâ non bene excoctum eſſe.

2. Dia-

2.

Diacydonites Catharicum.

Verùm quia & hæc *aqua Benedicta* gloriam & honorem ſuum turpiter amiſit, patefactâ fraude per Medicos Lavinganos & alios vicinos, eam nihil aliud eſſe, niſi Antimonium in liquorem aliquem infuſum: Stibiarius hic omnia ſubiens, ut poſſet diteſcere, minimè autem probus fieri, *Diacydonites ſuum Catarcticum* hujus vice excogitavit, quod hîc *Lucidum* appellavit, ex *Antidotario Iohan. Jacobi VVeckeri* furtim deſumptum, quod is *Diacydonium ſtibiatum* appellavit, cujus hæc eſt deſcriptio:

1. Deſcriptio.

R. Diacydon. ad perfect. conſiſtent. coct. lib. j
Vitri Antimonii Unc. ß
Trag. Drach. ij. Miſce.

2. Doſis.

Doſis Drach. j una plus minus pro ſumentis viribus.

Quo modo, ut in aliis omnibus, eos imitatur, qui dum boni Viri videri volunt, pocula aliena ſurripientes, anſas mutant & inſignia tollunt, ne poſſint agnoſci: ita hic nil aliud facit, quàm ut inventis alienis paululum quiddam, aut nil prorſus immutans, ſibi uſurpet & adſcribat, putans ſuum eſſe inventum, quod eſt alterius, ſicque ſuum nomen omnibus ſuis remediorum formulis ventosâ jactantiâ præfigens, ſemper nova in annum novum excogitavit remedia. Nunc verò an & hoc ſalutare vel benignum, an φαρμακώδης κακὴ, judicent boni, docti atque periti Medici. Mihi ſatis eſt, ſentire cum ſanioribus & ſapientioribus, Antimonium vitrificatum obtinere temperamentum corpori noſtro prorſus inimicum, & hinc vires ei adeſſe irritandi tantas, quæ expultricem facultatem cogat tãto cum impetu magnâ cum perturbatione ex corpore bona ſimul cum malis ejicere, & per inferiora & ſuperiora ea ducere & evacuare, inſtar Mercurii præcipitati & aliorum venenoſorum pharmacorum. Si autem hoc illi ſuâ opinione tutum medicamen, & non niſi extremis morbis adhibendum, experiatur idipſum in ſemetipſo, non in aliis: tunc Sole meridiano clariùs videbit, eundem effectum id habiturum, quem habuit in Singeriâ, Judicis Reichenpachenſis Conjuge, adminiſtratum à Fratre. Ea, ut hodieq; teſtabitur cum marito,

E intra

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

intra 24. horas circiter ducenties & ad deliquiã evacuata, haud dubiè ad imminentẽ uſq; mortem, ut hîc quibuſdã & à te factũ, niſi Theriacâ adverſante venenis venenatam illius vim compeſcuiſſet. Heu ſcel'! heu nefas! rem eò deductam hoc ſeculo impio, ut non ad juvandos & purgandos, ſed ad jugulandos homines tale φάρμακον repertum ſit, quod nullo nec odore, nec ſapore præditum, in exiguâ doſi vel mole parvâ, Hominem turpi, ſed certâ calamitate è medio ſæpè tollat (ut divini Hipp. verbis utar) teſtante idipſum ſimul quotidianâ abundè experientiâ!

Quemadmodum autem Lucripetæ hi Medici ægerrimè ferũt, ut ſua abdita, Viris bonis autẽ abjecta, palàm ꝓponãtur, ac vẽditationes vanę abſcindantur, ſacraq; Myſteria Plutophiliæ ex adytis in clarã lucẽ evocentur; ita oẽs in pectus advocant dolos & artes, ut ea celent, unde nõ genuina, ſed adulterina, ſpeciem veri habentia ſubſtituũt. Id ipsũ & hic factum, quod tamen Viri boni non eſt. Ne verò fraus manifeſtetur, tunc *Diacydonites catarcticum cum Extracto Mechoacan & Diagridio* cum ſuis correctivis compoſitum fingit, & ſubdolè comminiſcitur, fucum ſic faciens, quaſi ab omni culpâ liber nunquam Antimonio uſus fuiſſet.

Hinc vel Sole ipſo clarius fit quàm artificiosè & fraudulenter multos hactenus hiſce circumvenerit pharmacis; taceo damna; potiùs palato & gulæ litare ſtudens, quàm divæ Hygiææ.

Non poſſum hîc non Nobiliſſ. Virorũ, videl. Dn. *Octaviani Roboreti à Freiberg, Godefridi Steeghii, & Hectoris Moſcaglæ* S. C. Majeſtatis Cubiculariorum Medicorum, judicium & cenſuram de hoc in medium afferre, qui ſic unanimiter ſentiunt: *Antimonium, quamvis abſolutè damnari non poſſe videatur, quòd nonnullis aliquando opis aliquid attulerit: indifferenter tamen uſurpatum, ut Empiricorum mos eſt, omnes eodem Calopodio induere multorum incommodorum cauſa eſſe poteſt, ob inſignem & maximam ejus vim Naturæ noſtræ admodum inimicam: quæ quidem vel inde oſtenditur, quòd in tam paucâ quantitate ſumptum, ita violenter tum ſurſum, tum deorſum, indifferenter tã bonos, quàm pravos humores purget: ut, ſi debilioris Cordis, aut anguſti pectoris patientib. temere exhibeatur, præter ſyncopas & Lipothymias ex nimis violentâ purgatione, non leve etiam alicujus vaſis diſruptionis, & inde Phthiſis, ac mortis periculum immineat, ut propterea cùm multa tutiora habeamus medicamenta, non immeritò à melioris claſſis Medicis ejus uſus tanquam periculoſiſſimus evitetur.*

Aqua

3. *Aqua Antipodagrica.*

Antimonium nunc in ordine ſequitur *Aqua Antipodagrica*, quæ hactenus menſe aueream exercuerunt Rulandi. (Nam lib. j. pond. medicinalis hi, nunc x. florenis, mox x. coronatis, interdum pluris vendiderunt) cujus deſcriptionem quantumvis in ſecreto apud ſe more Circumforaneorum retinuerunt, ne quid turpi decederet lucro; nihilominus genuina hæc à Celeberrimo Viro *Dn. Philippo Menzelio* artis Medicæ Profeſſore in Academiâ Ingolſtadienſi, mihi ante aliquot annos communicata fuit. Quale autem id ſit magnæ certè & divinæ artis artificium, ars verò pecuniola, advertite paucis; ſed riſum tenete Amici.

1. DESCRIPTIO.

Hujus deſcriptio hoc modo ſe habet:

R. Flor. Chamomil.
Melilot. ana M. S.
Aq. ſimpl. lib. iiij.

Bulliant tribus fervoribus, colato liquori adde Aq. fortis mortificatæ lib. iiij. Aq. fortis vivæ, id eſt, quæ nondum venit in uſum Aurifabrorum, Unc. ij. Tingantur ſucco vel decocto Myrtillorum, vel Ligno Braſilio, vel Minio. Servetur in vitreo vaſe. Fortior fit, ſi addas Mercurii ſublimati Unc. ij. præbulliti in aq. ſ.

2. VIRTUS.

Hæc an benefica vel venefica, ſalutaris vel lethalis ſit, an plus periculi ab hac, quàm ab ipſo expectandum morbo, Boni & Periti Medici, quibus ſalus Hominum cordi, dextrè judicent.

Nulla certè curationis capitalior peſtis eſt, quàm illorum, qui cùm maximè lædunt ac nocent, id tamen agunt, ut boni Viri eſſe videantur; & nullo modo venena, quæ ratione indomitæ ſuæ malitiæ nunquam juvare, imò ſemper lædere nata ſunt; ſed ſalutaria, quę cęteros latent Medicos, ſemper exhibuiſſe, non ſolùm ſibi, ſed & ægrotis ipſis, falsò perſuadent. Verùm maximè dolendum eſt, hunc & ejus farinæ Homunciones adeò parvi, imò flocci tum veritatem, tum ſalutem humanam pendere, ut glorię illis ſit, experimenta in hominis perniciē reduntātia per mortes feciſſe. Hæc aqua Antipodagrica tantæ olī exiſtimationis fuit, ut

Digitized by Google

aliquot doliolis repletis Lavingâ cum Medico migrârit in Auſtriam; inde gravis ære domum crumena reverſa, tantum laudis Negotiator iſte cũ hac ſuâ merce adeptus eſt, ut fallax & fucoſa ubiq; proclamata ſit, nec de reditu unquam ampliùs cogitârit, ſed domi vitam agens ſchedulas inſtar Agyrtarum, quæ adhuc in manibus hominum verſantur, imprimi curârit, cum ventoſo titulo proſtare aquam certam Antipodagricam Lavingę apud Martinum Rulandum Seniorẽ. Hujus veſtigiis inſiſtens Martinus Filius hîc Ratisbonæ eandẽ præparavit, ſed tantâ aſtutiâ, ut dolus non facilè animadverſus ſit. Eam enim non omnibus poſtulantibus divendidit, ſed in ſecretis tenens, ſolis Podagricis, iisque divitib., quos in curâ habebat, tacitè adhibuit, unde ille meſſem auream & uberrimam meſſuit.

Poſtquam autem Andreas Rulandus adveniſſet, ſuam operam primùm Senatui Ampliſſimo obtulit. Is cùm ejus operâ minimè opus haberet, cœpit per MISERICORDIAM DEI & VISCERA CHRISTI obſecrare & mendicare, ut in numerum Ordinariorum Medicorum reciperetur, (parce Rulande vera dicenti) quibus precibus, intercedentibus & rogantibus pro mendiculo hoc aliis, impetrat ſtipendiũ ſatis honeſtum. Verùm dum id ad alendam familiam non ſufficeret, omnes intendit nervos, quomodo & ipſe dives fieri poſſet. Nam muſcæ famelicæ, ut pulices, altiùs infigunt aculeos. Itaque cùm illi ſufficiens defuerit ſtipendium, (Nemo enim curat unde habeas, ſed oportet habere) neceſſariò quæſivit compendium. Et ne lucrando Fratri cederet, (Lucrum enim ex quâlibet re bonum; quod & pudori præſtat) parare & ipſe hanc aquam cœpit, ſed non eâ aſtutiâ, atque has improbas venales paſſim extruſit merces: quæ etiam Noribergam miſſæ ſunt ad *Baſilium Peſlerum* Pharmacopœum inſignem, & alia loca, cum elogio ſuṁo admirandæ virtutis hoc modo:

New erfunden Podagra waſſer.

Diſes waſſer heilet alles kalt vnd hitzig Podagram, Chiragrã, Gonagram, achlamſchmertzen / vnnd alle vnheilſame vnleidenliche außwendige ſchmertzen in 24. ſtundten gewißlich: zeucht auß von grund ex muſculis, ex articulis, vinculis, membranis & tendinib. pituitoſos humores, & quâvis materiam peccantẽ: vnd wirdt der krancke menſch geſund in einẽ tag od' zweyen/da er ſonſt muß ligen vil wochen mit groſſem vnheilſamen ſchmertzen/vnnd offt mit ſorg deß todts. Diß waſſer bleibt allezeit kräfftig vnd gut/vñ verdirbt nicht mehr wie andere waſſer.

3. Modus

3. *Modus utendi.*

Diſes waſſers gebrauch/ modus utendi iſt diſer: So das Podagra oder ſchmertz vorhanden iſt/ vnd in actu, neme mā ein triſach tuch/ breit/ lang vnd groß wie der ſchmertz iſt/ tuncks in diß waſſer/ vnd legs wenig warm/ oder in Gottes namen über den gantzen ſchmertzen/ vnd über die glaich/ vnd juncturas an händen/ ellbogen/ knie vnd füſſen. Merck aber/ du ſolts einmal nur über ein glaich legen. Wann daſſelbige geſund/ darnach von einem zum andern/ vnd ſo offt das Tuch trocken wird/ da muß man wider mit dem waſſer das eingetrucknet vnd übergelegte Tuch bey tag vnd nacht jmmerzu wider netzen/ mit einem ſchwam/ oder mit einem andern tüchlein.

Wann nun der ſchmertz aller vergangen/ ſo thue man das Tuch hinwegk/ ſonſt aber nicht biß der ſchmertz vergangen/ ſo thue man das Tuch hinwegk/ ſo iſt der kranck geſund/ vnd geſchicht innerhalb zweyen tagen/ oder gar bald.

N O T A.

Wann Podagra recens iſt/ wird einer durch diß waſſer liberirt, vnd kompt nicht mehr/ wans einer nur einmal brauchet. Das lang vnd alte Podagra aber vergehet gar/ wans einer dreymal oder öffter brauchet/ wans wider an jhn kompt.

Diß waſſer findet man zu Regenſpurg bey Herrn Andreæ Rulando Medicinæ Doctori ordin. ob der Haid/ in der Fraw Fuggerin behauſung wonhafft.

Quis nunc adeò ſtupidus & bliteus non animadvertat, hæc plusquàm Agyrtarum commenta eſſe, ubi plura proferuntur mendacia, quàm oracula? Præterea malum adeſt principium. Finis ergò bonus nunquam ſubſequi poteſt, cùm in ipſo ſtatim limine repugnantia proferat.

Saniores Medici ſentiunt, *Podagram imbecillitatem eſſe articulorum cum diuturnâ fluxione.* Cujus *interna cauſa immediata* ſunt *humores*; in primis autem *pituita, bilis, ſanguis pituitoſus vel bilioſus.* Æt. lib. 12. cap. 6.

Digitized by Google

Materia pituitoſa interdũ colligitur in ipſâ parte; & ut teſtatur Hipp. in lib. de glandulis, plerumq; pituita, quę vel Podagricũ vel Iſchiadicũ facit dolorẽ, à capite defluit per ſpinalem medullam, à ſpinali medullâ ad os ſacrũ, ab oſſe ſacro usq; ad ipſam coxã, à coxa ſępè ad genu, à genu ad articulos pedum. Ita n. naturâ comparatum eſt, ut ſemper pars fortior detrudat materiã ad partem debiliorem. Id & manifeſtè ſentiunt ægri, humorem ex capite per cervicẽ, latera, dorſum, inſtar aquæ defluere cum horrore vel levi frigore, quod motus humorum efficit. His capitis gravitas pręcedit, Cervicis & ſcapularũ dolor ob Catarrhum. Omnes n. tales maximè Catarrhis obnoxii ſunt, ac multùm expuunt, pręcipuè quibus Natura dedit Epar calidius unâ cum Cerebro; tunc hoc propter patentes meatus promptè hos vapores recipit, quos & ſuâ naturâ attrahit, cùm id, ut loquitur Hipp. ſeſe inſtar Cucurbitæ habeat. Bilis verò ſæpè mittitur à jecore. Nullus n. locus alius, qui mittat bilem ad locum affectum, præter jecur. Sed hæc omnium vehementiſſima & intolerabilis eſt Podagra. Sanguis mittitur à toto corporis ambitu; pręcipuè autẽ ab ipſo etiam jecore, cùm ab eo gravatur. Etenim ſi ob hanc cauſam in aliis partibus oriuntur inflãmationes, quis in articulis ob eandem naſci poſſe, immò crebriùs, inficias eat? cùm articuli pedũ, ut qui à fonte caloris longiùs abſunt, cęteris humani corporis partib' omnibus ſint imbecilliores, & ad recipienda partium ſuperiorũ excrementa non ſolũ opportunè poſiti, verùm etiam quodammodo facti & cõfirmati videantur.

Cauſæ interna mediatæ plures ſunt. Inprimis autẽ eſt *pedum imbecillitas*, quæ quanquã ſępè oriatᷓ à cauſis externis, plerumq; tamẽ ſolet eſſe nativa. Et hinc eſt, ꝙ multis in locis dicit Gal. ex Podagricis fieri Podagricos, ꝓpter nativã videlicet pedum imbecillitatẽ, merito cuj' ii ad ſuſcipiẽdas fluxiones apti videntᷓ. Quare nõ pręter rationẽ dixit Plutarch. in l. de ſerâ Numinis vindictâ, expedire, ut ſtatim Filii Podagricorũ curentᷓ, quandoquidẽ videtur neceſſariò, ut Podagricorũ Filii fiant Podagrici. Pręter pedũ imbecillitatẽ eſt quoq; *corporis diſpoſitio*, veluti eſt *laxitas & latitudo vaſorũ*, ꝓſertim *pedũ* & *manuũ*. Propter hanc n. humores facile & à capite & à toto corpore in pedes præcipitantur. Cauſat & Podagram *ventriculi imbecillitas*, ꝓpter quã multi humores pituitoſi crudi generantur, qui deinde, per venas deducti ad extrema membra, hanc efficiunt.

Inter has cauſas eſt & *Sexus*. Nã Mulieres minùs affliguntᷓ Podagrâ viris: unde Hipp. Mulier Podagrâ nõ laborat, niſi mẽſtrua illi deficiãt. Cũ igitᷓ hoc malo pedes & artus affligantᷓ, neceſſe eſt, ut hoc fiat 6. *Aph.* 29.

ob

ob ſuccorũ ſcaturiginẽ,quę luxũ ſequitur. Non n.artuũ imbecillitas ſolitaria hoc malũ evocat. Hanc autẽ ſentinã exhaurit mẽſtrua purgatio. Quare cũ Mulier laborat ex tali morbo,qui à Cacochymiâ provenit,excitentur Menſes,ſi curatio eſſe debeat vera.

Huc referatur & *ætas*. Pueri n.ante 14. annũ Podagrâ nõ tentanẽ, teſte Hipp.lib. de prę not. Cũ autẽ Venere uti aggrediũtur, tũc & hęc eos affligit,uti & *Senes* poſt *50. annũ*,ut annotavit Aretęus.

Externa cauſa Podagrã movent, *Aer* inprimis craſſus & turbulẽtus,tempus anni hybernũ ꝓpter humores tenaces & viſcidos, qui articulis magis,quàm alio tempore infiguntur. Cõſtitutio etiã frigida & ſicca. *Otium & vinum; nimius Veneris uſus; nimia crapula*, quę duo citiſſimè procreant Podagram,ut non inconcinnè cecinit Poëta:

Λυσιμελοῦς βάκχου καὶ λυσιμελοῦς Ἀφροδίτης
Γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα.

Hoc eſt,ut Doctiſſimus Scaliger reddidit:

E ſolvilumbâ Venere.ſolvilumboq;
Baccho,creata eſt ſolvilumba Podagra.

Potus *aquæ frigidæ,potus vini nive & glacie* refigerati,ſępè Podagram faciunt. Hinc ſuo tempore conqueſtus eſt Gal. Romę maximã fuiſſe Podagricorum multitudinem.

Ex his omnibus nunc patet,principes Podagræ cauſas eſſe partium mittentiũ robur,ſuſcipientiũ imbecillitatẽ, & materię copiam.

Si nunc ex hiſce Cauſis curationẽ rectè & methodicè inſtituere volumus,tunc ea in remotione humoris,qui & figurã vitiat, & diſtẽſione atq; intem pie dolorẽ parit,tota cõſiſtit. Removeẽ autẽ humor evacuatione,eaq; vel ſectione venę,vel purgatione. Is verò vel fluxit vel deſiit. Qui fluxit,& paroxyſmus affligit cũ dolore magno, tũc is leniendus, & ſi fieri poteſt, ſimul cauſa ipſius tollenda. Dum fit inflammatio,duplex ſe nobis offert indicatio. Quod enim in partem decubuit,vacuationem;quod adhuc in itinere eſt, ſui retractionem vel derivationem poſtulat. Et quod partem jam dolentem obſidet, aut eſt impactũ, aut non; prius repelli,alterum diſcuti vel vacuari debet. Humor autem, qui jam fluere deſiit, atque æger eſt extra Paroxyſmum, requirit totum ſtudium, ut præcaveamus, ne recurrat morbus. Quod fit, ſi diligentia adhibeatur, ne ullus ſupervacaneus & inutilis humor in corpore gignaẽ. Cũ autẽ hoc fieri nõ poteſt multis de cauſis,ſupeſt, ut quæ ſubinde coacervantur

excre-

Digitized by Google

excrementa, extra corpus educantur, priusquàm vel quantitate vel qualitate ſuâ mittẽtia membra ad expulſionẽ extimulent;& membris tum interioribus, tum exterioribus optimè robur aſſetur, ne talem vel gignant, vel non recipiant.

Hæc curandi methodus ex morbi naturâ deſumpta eſt: hanc amplectuntur Medicinæ Proceres, hancq; ſequuntur Medici ſenſati magno ægrorum commodo & emolumento.

Si nunc hiſce opponatur Rulandorum *Antipodagrica aqua*, tunc ea, ut uno verbo complectar omnia, Empirica prorſus eſt & amethodica, imò anilis, non cauſam tollens, nec dolorem leniens, ſed augens: non confortans articulos ſed magis debilitans, quâ multos hactenus nefariè fefellerunt, infatuaverunt quàmplurimos, ſi non occiderunt infinitos. Unde perfidiæ & ſceleris crimine ſunt meritò accuſandi, ut quòd ſine ullâ conſcientiâ, omni ſepoſitâ religione, quā ore jactitant, vitâ & operibus abnegant, aquâ hac Antipodagricâ, *qua aquam fortem, Minium & Mercurium ſublimatum*, ut venenata, in perniciem Hominum recipit, impiè abuti non ſint veriti, nec adhuc vereantur, quantumvis ſæpiùs ab aliis confuſi.

Sicut autem olim Græciæ Sapientes apertum Hoſtem minùs ficto Amico formidandum eſſe docuerunt, ita quoque horum Empiricorum pharmaca longè ſunt deterrima, magisque timenda: cùm ſaltem titulo tenus ſint medicamenta opinione ipſorum ſingularia; revera autẽ mortis jacula & pocula; unde ipsâ Viperâ vel Aſpide magis exhorreſcenda: ſiquidẽ hæc neminẽ lædat, niſi laceſſita aut perterrefacta, & ſi quem mordeat, id inſtinctu Naturæ facit. Talis autem impius Empiricus, qui nec ab ullo laceſſitus, nec provocatus, ſed ob meram Plutophiliam & inſatiabilem habendi cupiditatem incitat', hæc vel ſimilia mala pharmaca ægroto pro ſingulari Theſauro & ſecreto opinione ſuâ aliis ignoto offert, quo non ſolùm ab eo pecuniā aſtutè emungit, ſed ſæpiùs illum hoc ipſo miſerè peſſundat.

Quantas vires *aqua fortis* habeat in diſſolvendis Metallis, Aurifabris & Metallorum ſeparatoribus optimè notum eſt, ubi duabus ſaltem unciis tantum ineſt virium & roboris, ut unciam unam Metalli ſolidi diſſolvere queat. Si nunc hæc aqua ſolidum aggreditur Metallum, ac tantâ velitatione & pugnâ ad tempus ancipiti, ut non ſolùm ipſa aqua ex tali motu incaleſcat, verùm ad rubedinem usq; ipſius vaſis exardeſcat, & ignis calorem inſtar flammæ in omne latus diffundat; quid futurum putas, ſi hæc cum comite & ſocio ſuo ma-

joris

Digitized by Google

joris calamitatis *Mercurio ſublimato* adjũgatur, & articulis ꝑ ſe jã ſatis afflictis adhibeat? An Homines nõ ejulatus, ſed mugitus prę nimio dolore edituros, nõ aliter, ac ſi in æneo illo Perilli Tauro igni ſubjecto vivi exurerent, putas? Hinc factũ, ut multi prę nimiâ impatientiâ & cruciatu cõmoti, vitrum cum aquâ iſtâ *Benedictâ*, ad ea loca miſerint, quæ digna hiſce maledictis ſunt pharmacis.

Quis nunc, cui pietas cordi, ſynceritas amica, ad hęc enormia flagitia tacere ampliùs poſſit? quin nõ dulciſſimã ſuã Patriã, & Proximum ſuũ fideliter de his admoneat, ut oẽs ſibi deinceps ab hiſce Medicis & medicamẽtis cavere diſcãt. Vult Gal. in l. pręnot. c. 4. hoſce Medicos nihil differre à Latronibus, ſolũ ꝙ iſti in Urbib. hi verò in Montibus & ſylvis deprędentur, & latrocinia perpetrent. Sed his ſua pœna conſtituta eſt; iſtis verò nulla, qui, ut Plinius loquitur, experimenta ꝑ mortes agunt, & Hominem occidiſſe ſumma eſt impunitas.

Sed ne in hac diutiùs quã par eſt, inſiſtã, ſine ſtomacho audi Delicatule, Excellentiſſimorũ S.C.M. Medicorũ Cubiculariorũ de hac judiciũ, q ut te Collegam nõ agnoſcunt, ita ficto & alieno nomine te ſuperbientẽ non niſi perſonatum & larvatũ eſſe putant. Quorũ hæc de tuâ Aquâ eſt Cenſura: *Certum eſt, nullum eſſe tam bonum & præſtans medicamentum, quod temerè uſurpatum non plus incommodi, quàm utilitatis afferre poſſit, & eò quidem magis, quò ſuâ naturâ id fuerit periculoſum, ac minimè tutum, cujusmodi utplurimum ſunt, quæ admodũ fortia & potentia, ac pravâ qualitate prædita medicamenta recipiunt; ut ex omniũ ferè Dogmaticorum & Rationaliũ Medicorum conſenſu eſſe exiſtimatur* Aqua illa fortis Aurifabrorum, *ob nimiam ſuam acrimoniam: quâ tantum abeſt (noſtro quidem judicio) ut dolorem & fluxionem ſedando poſſit Podagricis prodeſſe, ut maximè in principio vel augmẽto fluxionis potiſſimũ uſurpata, utrumq;, & dolorem ſcilicet, & conſequenter fluxionem adaugere valeat. Eoq; deterior & periculoſior fieri videtur, quãdo* Mercurius ſublimatus *ei adjungitur. Præter n. prædicta incommoda, id quoq; tunc habet, quòd cũ veneficâ etiam qualitate tum ſit prædita, ea per arterias Cordi ſeſe paulatim inſinuans, vitalem facultatem maximè obladere poſſit.* Hactenus Medici Cæſarei.

4.

Cingulum ſapientiæ.

Nunc ut plura horum myſteria omnibus ante oculos ponã, eſt

in ordine *Cingulum* ab iſtis dictum *Sapientiæ*, ſi non altæ & ſummæ ſtultitiæ inſaniæq; vitta. Rem ſanè turpem & noxiã pulchrâ pronunciârũt voce, ut inſidias, quę ſub hoc latent pallio, nefariè velarẽt. Cũ n. horum improborũ Homuncionũ mos ſit, hoc medicamento propulſare morbum Gallicum, omnemq; fœdã ſcabiem curare, opus eſt, ut horum malitia & fraus clariùs innoteſcat, ne & alii in has caſſes incidant, ſed ab his rectiùs poſthac ſibi cavere diſcant.

1. DESCRIPTIO.

Hujus igitur deſcriptionem non gravabor hîc in lucem dare, quæ ſic habet:

℞. Argenti vivi Unc. iij,
Ol. Vitriol. Unc. ß.
Caryophyl. Drac. j.
Hiraclini
Sulphur. ana Drach. ij.
Album. Ovor. N. ij.
Salis Gemmæ
Cerę ana q. ſ. F. Maſſa.

2. USUS.

Quæ extendatur in Corio, & ventri inferiori applicetur, ac per aliquot dies permutatur, ut operationem ſuam optime perficere poſſit.

3. VIRTUS.

Singulare enim eſt medicamentum ad morbum Gallicum fœdamq; ſcabiem, & ulcera maligna curanda. *Si jam operationem ſuam, perfecit, tunc remove, & in fluentem abjice Aquam, Probatum & expertum, quo multa myriades curatæ ſunt.*

Quis nũc, ſi ſponte cęcutire nolit, nõ videt, hos mẽtiendo q̃ medendo eſſe peritiores, & in aucupãdis pecuniis, vendẽdis venenis, excolendâ linguâ garrulâ, abſtergendâ negligendaq; vecũdiâ pitiſſimos Medicos multis paraſãgis antecellere? Inſcitia namq; individuũ comitẽ habet Audaciã. Hęc n. illorũ praxis eſt, hãc cõſuetudine levi, eaq; malignâ, fideliter à cunabulis inſtructi didicerũt, hãc & diverſis in locis induſtriè exercẽt, quęſtũ alieno piculo faciẽtes, morbũ ex morbo nectẽtes, aut cavillandi mordacitate & livore acerbo, aut ſordidi lucelli ſpe allecti, execrandâ nimis impudentiâ ab Hydrargyri uſu averti nõ poſsũt. Dũ n. ſic edocti inſtar Aliptarũ & Agyrtarũ Hydrarg. ꝓpriũ & peculiare morbi Gallici alexipharmacũ ſtatuũt, ꝓclamãt & defendunt;

Digitized by Google

fendunt;ita in eo uſurpando nõ ſegnes fuerũt,ſed nõ ſibi ipſis. Detectâ autẽ fraude,quâ miſellos circũvenerunt,ob cladẽ dentibus, ſi nõ vitæ,inflictã, *Martinus* abſtinuit,& ꝓblematio ſuo Alchem.49. *à ſe nũquã uſurpatũ* ſcribit;ſi credere fas eſt. Nullo n. mendacio,ut aſſuetus, ampliùs erubeſcit. Fatẽ tamẽ *uſum ejus felicẽ ſibi perſpectũ eſſe.* Et hęc cauſa eſt,cur iſtũ jã ejus pudeat,ꝙ id cõpoſitis ſuis nõ inſeruerit. Nihil n. placet notũ,quia aliâs ut venenarius ꝓclamaretur. Id tamẽ cõmittens ſuo Fratri Andreę,q fideliter fungens officio Inũctoris (Nã garriendo doctus,ſed maternâ ſaltẽ linguâ,quã negare nõ poteſt) blanditiis venena ſtolidis & bardis Ruſticis,ſi nõ *Porcis Bavaricis* (his n. floſculis ornat hãc togatã gentẽ: q̃d nõ factur' olim Bohemis quos nũc emũgit?) ſupponit & adhibet. Et ne cõtumelioſè & ignominioſè Anthor hujus tã divini ſecreti (ô ad ſecreta!) conſpuaẽ,ipſe patrociniũ in ſe ſuſcipiens verboſè defendit,& adhibitũ Cinguli uſum,ceu minimè noxium aſſeverat;quod alii in conſceleratiſſimis Hominibus reprehendunt,hic laudat,quaſi iterùm imitari velit,ut ſemper plurimũ audacię, mentis quàm minimum adſit.

Hoc,ut & alia hujus farinæ medicamenta exitioſa generi humano,bonâ cõſcientiâ à nullo adhiberi poſſe, cũ veris Medicis judico, taceo ꝙ hęc ſuſpensâ Conſcientiâ ab his magno vendanẽ ęre. Tale n. Cingulum, non in Pharmacopolio,ne pateſieret, & lucro quid decederet,domi ſuæ paratũ,ad minimũ nunc 5. nunc 6. nunc 7. nunc 8. nũc 10. nũc 12. florenis,aut pluribus,ſecundũ miſeri Ruſticelli Bavarici facultates venditũ fuit,qui & egregiè,tanquã cælitus delapſum Alexipharmacum Morbi Gallici,poſt tot commendationes viribus & pretio venerandũ ſolvit: mox cũ id optatum finem minimè eſt cõſecutũ,ſed deteriùs ſe inde habẽs miſer dentibus vacillantib',& gingivis ſalivâ fœtidâ ſpumantib' maledicũ Medicũ cũ Cingulo execraẽ. Impoſſibile n. eſt,ut hoc malignã venerei veneni labẽ ac ꝑniciem, ipſumq; morbi fermentũ aut manifeſtâ pugnâ,aut occultâ ꝓprietate deleat & evincat,ꝙ tamẽ Alexipharmacorũ ꝓprium munus eſt. Quin potiùs ſummo dũtaxat frigore id ipſum intrò repellit,& aliâ incognitâ vi ad tẽpus cohibet, ſtupefacit,obtundit,& intus in partib' ſolidis velut colligat & conſtringit,dũ tempore repullulet & reviresſcat. Reverſum ſuſcitatum atque accenſum in excrementis horrenda ſui furoris ſymptomata ꝓfert,maximo Medici dedecore atq; ęgri dãno, in aliis quidẽ celeriùs,in aliis tardiùs ſecundùm corporis naturam & vitæ conditionem. Hinc unũ caput & cerebrum maximè petit,ex

Digitized by Google

quo immodicas deſtillationes movet, ac craſſum mucum & pituitoſam ſaniem ſyaliſmo expurgat: ſed adeò crudeliter ægros angit & excarnificat, labia tumore diffundendo, gingivas atq; os ipſum depaſcendo, & magno fœtore magnâq; moleſtiâ exulcerãdo, ut perire ſatius ſit, quàm tantis cruciatibus & laboribus morbo occurrere.

Adde quòd in ſputatione multos mori contingat, ſive quòd fauces inflãmatio præcludat, ſive quòd vires præ vigiliarum & dolorũ vehemẽtiâ ac diuturnitate, præque inediâ longiore fatiſcant atque deficiant, ſive quòd pituita affatim in præcordia illabens repentè ſuffocet.

Cũ itaq; argentum vivũ, velut malignũ ac ſemp. lædi opportunũ, in levioribus ſcabiei vitiis ſemper formidandum, in gravioribus nũquam, aut quàm rariſſimè & parciſſimè uſurpandum, ita Medicorum peritorum induſtriæ cumprimis acquieſcendum, qui ipsâ teſtante cũ ratione experientiâ concludunt, eo illitos haud paucos in Epilepſiã, Apoplexiam, Paralyſin, & ſimiles non rarò incidiſſe morbos: cùm hydrargyros magis infeſtus ſit ſpiritibus animalibus, quàm naturalibus & vitalibus. Imò præter hos acutiſſimos morbos, ægros in gravem anhelitus fœtorem, palati, linguæ, dentium, magnâ vi per fauciũ anguſtias uligine exhauſtâ, Oeſophagi quoq; eroſionẽ incurriſſe ejuſq; causâ humoribus putrefactis, ꝑpetuo articulorũ cruciatu, diutino capitis dolore, depaſcentibus ulceribus & contagioſis tortos eſſe, oſſa carioſa, putrilaginosa fieri, tumores in oſſeam penè duritiẽ abire, deglutiendi aditũ pluribus intercipi, alios oculi caligine in vitę diſcrimen agi, quosdã omninò exterminari, & ſeneſcentes Aſthmate aut Hydrope perire; nonnullos, qui ejus beneficio ab immani eâ ſcabie reſtitutos ſe jactitabant, vitiatis nervis atq; eorũ exortib⁹ ꝓgreſſu temporis in deterius lapſos, nullo remedio elidi potuiſſe, ſed redux certis annorũ intercapedinibus usq; ad mortẽ comitatũ eſſe malum.

Propterea ſupra omnẽ cęcitatem cęcum animo judicaverim, qui hęc paſſim intuitus, adeò im ꝓbè & contumaciter, etiamnũ magno ęgrorũ damno perſinẽdo & vẽtri applicando idipſum pergit, quo viſcera interna, ad quę hoc ꝓximè fertur, vehementer lęduntur & labefactantur. Etenim argentum vivum noxiâ ſuâ & penetrabili vi in corporis intima clanculum irrepit, atque in eo tam atrocia excitat ſymptomata, ut pro hoſte capitali potiùs, quàm amico, ſit habendum, ac ꝓinde ſatius foret opem ab eo nunquam fuiſſe petitam.

Quamobrẽ haud mirũ quibusdã, qui ad morbũ hunc venereũ expurgandũ vel ſuffumigiis ex Mercurio cõfectis, vel unguentis, vel

pilulis,

pilulis, quas *Deſperatas*, verbum vero ſimilimum, vel de *Barba roſſa* vocant, uſi fuerunt, ipſum *Mercurium* poſt harum uſum in ipſis etiã oſſium cavernulis, & poſt inunctionem conſpectum fuiſſe.

Refert *Bayerus* lib. 18. c. 7. Eum, qui primus inter Chriſtianos his uſus eſt pilulis, cecidiſſe repentè mortuum ſuper Pontem Avenionis, dum ibidem, ut ipſe dicit, profugi eſſemus propter prælia, Anno 1537.

Narrat *Cardanus* lib. 5. de ſub. ferè circa finem, Argentum vivum poſt mortem in oſſe Calvariæ Mulieris cujuſdam, quæ jam biennio vehementi capitis dolore vexata, nequidquam agentibus Medicis, pondere unciarum duarum inventum fuiſſe.

Imò memini, me Anno 1579. ſecto cadavere quodam oſſa tam nigra & carioſa, micante ſimul Argento vivo, inveniſſe, ut hiſce meis digitis eadem inſtar Ligni aridi confregerim.

Johannes Fernelius, Author graviſſimus & veraciſſimus lib. de Lue Venerea c. 7. memoriæ prodidit, Coriarium quendam, Anno 1556. fuiſſe ante annos decem vel ultra per Hydrargyrum, opinione ſuâ, curatum, repentè exorto in ſyncipite dolore diutius perſeverante, non modò ejus partis os totũ paulatim computruiſſe atq; exeſum eſſe, ut fruſtulatim excideret; ſed & cerebri utramque meningẽ eâdem putredine abſumptam, ſubjectamque Cerebri ſubſtantiam in abſceſſum converſam eſſe, unde magna puris copia (mirabile viſu) per multos Menſes, non ex eâ tantùm parte, ſed ex utriusque oculi angulis etiam ſtillavit, dentes exciderunt omnes. Hic tamen neque febre corripi viſus eſt, neque cibi faſtidio multùm premi, neque extenuari. Dum ad ventriculos Cerebri ventum eſt, quo tempore mors Hominem repentè, diu miſerè afflictum, è medio ſuſtulit.

Recitabo hiſtoriam veram hûc ſpectantem, quæ hic Ratisbonę ante triennium accidit. Laborabat tum temporis Zythepſæ Kauffmanni Conjunx, quo morbo, Andreæ Rulando notum. Hic cùm omnia tentâſſet pro ingenii ſui ſolertiâ, nihilominus fruſtrà hanc curans, oleum & operam perdidit omnem. Re tandem accuratè deliberatâ, *Cingulum* ſuum, ut extremum & ultimum artis ſuæ auxiliũ abdomini circumdat: undè illa paulò pòſt ingentem totius corpo-

Digitized by Google

ris horrorem ſentiens, ac præ anxietate è lecto feſtinans, per inferiores partes, cum mero ſanguine animam efflavit, temporis momento.

Refert *Alex. Trajanus Petronius* lib. 5. c. 1. de Morbo Gallico, quendam, qui ter duntaxat ſecundùm brachia unctus fuerat, per aliquot dies pondus & anguſtiam in ventriculo ſenſiſſe: deinde cùm aliquando inſideret, Argenti vivi pateram evomuiſſe. Meminit idem alibi, ſe quoſdam vidiſſe ante obitum litu Hydrargyrato inunctos, in quorum ſecto cadavere Hydrargyrus copioſus repertus eſt, in Cranio nempe, Scapularum & Brachiorum juncturis.

Alia hiſtoria narratur de quodam *Antonio Gallo*, qui pluries Hydrargyrato medicamine inunctus, nec ſalivationem expert', cum urinâ Hydrargyrum minxit, quo nummus aureus adeò bellè dealbatus eſt, ut pro argenteo ſumeretur.

Nec ſilentio prætéribo hoc, quod ſimiliter hîc accidit *Reitmeri* Inſtitoris Filiâ, An. 1585. Ea ex inunctione Hydrargyri, Menſe Julio, in artuũ tremorẽ, difficultatem deglutiendi, & graviſſimâ anhelitus cum ſtertore reſpirationem, faciei & ventris tumorẽ vaſtũ, faucium exeſionẽ, & labiorũ inſtar Carcinomatis corruptionẽ, cum maximo anhelit' fœtore incidit: ad quã cũ meo Collegâ, Dn. Sebaſtiano Scheibio. p. m. Viro ingenio præſtanti, eruditone perfectâ, pietate ſummâ prædito, & de hac Repub. optimè merito, Senatus Ampliſſimi mandato accedens, eam in ſellâ ſedentem, cùm ob ſuffocationem in lecto jacere non poterat, invenimus, cum tam abominabili, quem ſpirabat, fœtore, ipſo cadavere deteriore, ut cedendum nobis loco ſtatim fuerit. Unde, ſublatâ ſpe omni ſalutis, miſella in eâdem permanẽs ſellâ, circa veſperam cum maximo cruciatu & dolóre animam efflavit. Id ipſum & aliis accidit permultis, ſic ut Alipta iſte, clàm tandem hinc aufugiens, ſpatio biennii ſexaginta tres homines Hydrargyri uſu & fumo è medio ſuſtulerit. Sed nolo Catalogum eorum, qui irreparabile damnum ex Hydrargyro paſſi, recenſere.

Id verò reticere non poſſum, *Eidelhuberum* hujus loci Civem, qui primus hoc *Cingulo* uſus, poſt tot tantasque laudes & commendationes, intra paucos dies, licèt fideliter à me admonitus, ne id ſub

ne-

nectèret lumbis, miſerè diem ſuam obiiſſe; quem hactenus quàm plurimi ſecuti ſunt, ita, ut nunc paſſim pro medicamento Morionis & mortis id, non vitæ, habeatur. Unde Senatus prudentiſſimus cō motus ob nefariam multorum necem, ejus uſum nunc illi ſeverè interdixit. Ideo ipſe aſſumens Mercurii, mendaciorum Regis, formam, mēdaciis ipsū iterùm illudit, nec in Cinguli, ſed linimenti formâ nunc id adhibet, ne tam abſtruſo tantóq; abdito arcano, magno hactenus vēditum ære, quid decedat; etiam Bavarorum morte piando. Quid multa? dempto Hydrargyro Aliptę huic nihil artis amplius ſupereſt: tam curta iſti eſt ſupellex.

Hi ſunt fructus novi & perpetui Argenti vivi, quos horum proferunt viridaria, ut ſtatim Homines à vitâ liberent, & cœmeteria audacter impleant. Hiſce omnibus tempeſtivè bono conſilio occurrendum, audacia debilitanda, ſceleri reſiſtendum, mendacium puniendum, nihilque temerè agendum, ne mala per longas moras vires acquirant eundo majores, quæ non niſi in Animâtis perniciem redūdant. Magno Reipub. commodo animadvertitur in eos ſeriò, qui improbas exponunt merces: puniuntur qui vitioſos piſces & carnes venditant. Qui Antimonium, Hydrargyrum, Præcipitatum, Aquā fortem & hujuſmodi venena vendunt & exhibent, de hoc altum ſilentium, licèt innumeros tot annis hiſce è medio tollant, ut nō immeritò quis exclamare poſſet, perfidiam & imperitiam horum eſſe magnam, Temeritatem majorem, peccatum & errorem maximum, qui non ægrotorum emolumentum, vitam & ſalutem; ſed ſibi ipſis lucrum & delectamentum quærunt.

Ne verò in his diutiùs mihi ſit immorandum, libet huc & judicium abſolutum S. C. Mtis Medicorum adjungere, quod cum his omnibus cōnvenit, idque hoc modo ſe habet: *Inunctiones ex Hydrargyro, etiam in Morbo Gallico meritò à probatiſſimis Medicis improbantur, quòd potiſſimùm humores pravos ac malignos in totius corporis habitu contētos, ab ignobilioribus ad meliores partes, Cor ſcil. Hepar & ſtomachum contra Naturæ bene operantis conſuetudinem, non ſine magno periculo repellant. Eo inunctionibus periculoſiora videntur ſuffumigia ex Cinabrio, Mercurii Sobole, quòd id velociùs & impetuoſiùs ob ſuā ſævitiā & penetrationē efficiunt, & ſi ſubjecto capite uſurpentur, Cor ipſum cum inſpiratione immediatè*

diatè pertingunt. Ex his etiam patet, quid de Cingulo ex Hydrargyro ſentiendum ſit. Eò verò ſuprà dicta ac iis ſimilia, imò etiam optima quæque naturâ ſuâ medicamenta, deteriora efficiuntur, quando ſine ullâ ratione & judicio, ſine morborum cauſarum, vel temperaturarum ac aliarum ſimilium rerum diſtinctione, cæcorum more, indifferenter uſurpantur. Sunt enim veluti gladius acutus in furentis manu conſtitutus, qui ad perniciem magis, quàm ad ſalutem uſurpari ſolet. Ita ſentimus nos infrà ſcripti.

Octavianus Roboretus à Fraiberg. D. & Eq.
S. C. Mtis Medicus Cubicularius,
Comes Palatinus.
Godefridus Steeghius S.C. M.
Medicus Cubicularius
Hector Moſcalgia S. C. M:
Medicus Cubicularius.

5.

Aqua calcis.

Quantâ cum dexteritate & novâ arte, ſed pecunioſâ ſuam *Aquam Calcis* chymicè præparatam conficiat, advertite paucis.

1. PRAEPARATIO.

Calcem vivam injicit in vas fictile, ac ſuperinfundit aquam fontanam, Ea iterùm lucida & clara reddita, ſupernatans aqua colligitur.

2. VIRTUS.

Eaque eſt, quæ chymicè præparata ſcilicet, magnificè extollitur, carè venditur, adverſus *Herpetem & ignem ſacrum.*

Bonus me hercle quintæ eſſentiæ Faber & Medicus, ad depravanda hominum corpora, quem dedocere ac veluti transformare eſt impoſſibile. Num verò, & hæc aqua adversùs hæc mala efficax, vel ullo in Medicinâ uſu polleat, boni & periti judicent. Certè admiranda undique canit arcana, ſed non credenda Poëta, Sic profundè ſtolidus hic Chymicus plana implicat, clara obſcurat, ſimplicia pervertit. O quàm declive iter ad vitia, reditus ad meliorē frugem non perinde facilis! Norunt artis Medicæ Proceres, ut Gal. l. 9. ſimpl. cap. proprio, omni calci in commune vim ineſſe igneam, mordacem,

dacem, adurentem, unde exceſſu caloris nocet, qui tantus eſt, ut erodat atque adurat. Unde aqua illa, cum quâ Calx hæc eſt præparata, non immeritò mordacitatem contrahit, & dum id facit, ſine dubio ea calida eſt & humida cum putrefactione.

Verùm cùm in *Eryſipelate* potiſſimùm periti Medici cauſam proximam ſtatuant humorem valde calidum & tenuem, amaram videlicet bilem: Tunc ſi ventum eſt ad ſcopos curativos, inprimis omnem curam adhibent in prohibendo Eryſipelate, ne id fiat: quod fit, ſi prohibeatur, ne multa bilis in corpore contrahatur; illa verò quæ contr,acta eſt, ne ad locum affectum feratur. Ne bilis multitudo coacervetur: fit, quando Medici removent cauſas, materiam videl. & calorem externum, à quo jecur nimiùm calefit; quod fit potiſſimũ bonâ victus ratione, & cæteris ſex rebus non naturalibus. Illa verò quæ jam contracta eſt, ne feratur ad ſedem affectam, tunc provident materiæ, parti mittenti & recipienti. Materia eſt avertenda ad partes contrarias, unde flavæ bilis purgatio convenit levis, maximè ſi adſit febris vehemens. Si Eryſipelas parvum ſit, ſufficit alvum ducere per clyſterem acrioribus medicamentis in inteſtina immiſſis, ut docet Gal. 2. ad Glauc. c. 2.

Parti verò mittenti ea adhibent remedia, à quibus removeatur cauſa, ob quam transmittit, ſive ſit imbecillitas retentricis, ſive materia: qualitate vel copiâ, lædens. Pars quæ recipit firmanda eſt per ea, quæ repellunt, teſte Gal. lib. 14. Methodi. c. 3. Ubi autem pars non tantùm recipiat, ſed etiam alliciat, vel ob dolorem, vel ob calorem, hic refrigerantibus auferrendus eſt, ille lenientibus demulcendus. Quòd ſi jam factum ſit Eryſipelas, detrahenda bilis eſt, quæ in affecto loco continetur. Sed quia fervet, & magis qualitate nocet, quàm copiâ, utilius refrigeratur, quàm exinanitur.

In curatione igitur Eryſipelatis periti Medici magis ſtudent refrigerationi, quàm exinanitioni, teſte Gal. 13. Meth. 8. quæ & ſola Eryſipelati ſufficit, quatenus Eryſipelas eſt: à quâ non ſolùm temperatur fervor; ſed materia etiam ipſa repellitur & retrocedere cogitur ad partes, unde venit, niſi adeò tenuis ſit, ut effugiat & elabatur. Itaq; cũ Eryſipelas recens eſt, convenit refrigerans, & quandiu manet Eryſipelas, neque in aliud convertitur vitium, refrigerante uti ſtatim licet, præſertim ſi occaſione ulceris vel doloris, corpore exiſtente puro, effectum eſt. Ubi verò redundat in eo humorum copia, priùs averſione detrahenda eſt, quàm ullum refrigerans

G adhibea-

adhibeatur. Quòd ſi locus, ad quem bilis repulſa fertur, nobilior ſit, tunc nullo modo licet uti repellentibus, quemadmodum ad aures, ne illa cum exitio feratur ad Cerebrum; teſte Avicẽna lib. 4. fen. 3. tract. 1. c. 5. Idem evenit cùm pava admodum eſt, & putris. Cavendum enim eſt, ne impellatur ad partes præſtantiores, & longè gravius malum adferat. Sic enim potiùs relaxare, & lenire, & digerere convenit, quàm refrigerare & repellere.

Refrigerandi terminus eſt caloris mutatio, qui cùm remittitur, non eſt diutius perſeverandum in refrigerantibus, ne locus lividus fiat & tandem niger, neve pro Eryſipelate fiat Scirrhus, aut tãdem emoriatur pars, ut vult Gal. cum Avic.

Poſt uſum refrigerantium & derivantium extincto fervore digerendum, eſt moderatis quæ calefaciant ſimul & madefaciant, vel parùm ſiccent. Differenti verùm Eryſipelati differens curatio etiam convenit. Nam exquiſito hi ſcopi curativi jam dicti conveniunt. Sin id ſpurium ut ephlegmonodes, dematodes, Scirrhodes, mixta curatio eſſe debet.

Hæc methodica curandi Eryſipelatis ratio eſt, quam & obſervant diligenter veræ Medicinæ Artifices. Cum quâ, ſi nunc conferatur Chymica hæc aqua Calcis, ex diametro veræ medendi rationi repugnat. Nam pro refrigeratione calorem inducet, pro doloris lenitione exuſtionem excitabit majorum & affectum locum ob ſuã acrimoniam citò exulcerabit, qui deinceps, ut loquitur Hipp. μὴ ἐρεθιστικοῖς, id eſt, non ex aſperantibus, ſed omnis acrimoniæ expertibus & ſiccantibus medicamentis tractari vult. Si verò fortè & hæc calx in uſum Medicum trahi poſſet, neceſſe eſſet, quemadmodum vult Gal. 9. ſimp. med. ut priùs ſit bis, ter, aut ſæpius abluta in aquâ, quâ ſuam acritatem penitus exuerit, quæ mordacitatis omnis expers ſtrenuè abſque mordicatione exiccabit, & ulcerib. ad cicatricem feſtinantibus utilis erit.

Nec hæc Calcis aqua *Herpeti* convenit. Cùm enim Herpes Tumor ſit exulceratus à flavâ bile ſynccrâ proveniens; ita tres ſub ſe differentias habet, quarum prima ſimpliciter Herpes dicitur, eò quòd à bile teniori & minùs acri proveniat, ſuperficiem ſolùm velut inurens. II. Herpes miliaris, κεγχρίας Græcis dicitur, ortum ducens à bile ſimplici, ſed minùs tenui, puſtulas excitans exiguas & multas per ſummam cutem, cui inhæreſcit, κέγχροις, id eſt, milio ſimiles, quibus interdũ abruptis exulceratur, ita ut degeneret in Herpetem

petem exulceratũ: unde ea fit quidẽ à bile, ſed tamẽ non purâ, verùm quę admixtũ habeat aliquid pituitę, teſte Gal. lib. de Tum. cap. 9. III. Herpes verò q. cum ulcere conjungitur, ab Hipp. cũ adjectione Ἕρπης ἐσθιόμενος, id eſt, exedens vocatur, quòd totam cutẽ uſque ad ſubjectam carnem exulceret, & celeriter ſerpendo penetrandoq; uſque ad oſſa corpus voret. Cujus item cauſa materialis eſt bilis ſubſtãtia craſſior atque acrior. Hujus ulcus inæquale eſt, ut ait Cornel. Celſus, cœno ſimile, cui multus humor glutinoſus ineſt, odor intolerabilis, majorque, quàm pro modo ulceris, inflammatio *Hipp. 5. aph. 22. & lib. de Tumor. c. 9.*

Hic nunc ſi rectè curari debet, proſpiciendum primùm, ne augeatur; quod fit victus ratione refrigerante & humectante: deinde qui jam factus, ut prohibeatur, ne ad locum affectum feratur: quod eveniet, ſi flava purgetur bilis, quæ purgatio ſi negligatur, nũquam ex toto liberabitur ægrotans. Habitâ jam ratione totius corporis affectus hic ex tenui bile ortus poſtulat localia ea, quæ refrigerant & humectant, ut flavæ bili, quæ calida eſt & ſicca, penitus adverſentur. Illi, cui puſtulæ accedunt, magis lenientia & minùs humida conveniunt. Cui verò ulcus jam factum, & Herpes eſt exulceratus, exedens, duo pręſidiorum genera ſunt neceſſaria; unum ratione tumoris, alterum ulceris. Tumor refrigerantia, ut Herpes ſimplex, poſtulat, à quibus & calor temperetur, & materia repellatur. Sed cùm vitium majus ſit & humidius, quæ dantur ad refrigerandum, debent ſimul exiccare. Ulcus magis ſicca poſtulat, gaudetque tactu calidis, læditur frigidis. Quòd ſi ulcus pravum ſit & putre, validioribus opus eſt. *Gal. 14. Meth. c. 17.*

Nunc etiam cum hac medendi ratione Herpetem, tuam Aquam arte Chymicâ extractam confer, qualénam inde habebis emolumentum? Non ut proſis, ſed lædas: non juves, ſed peſſundes non ſanes, ſed magis exulceres, ſic, ut cum pilis integra cutis decedat.

Sed nolo oĩa perſequi, Neq; n. operæ pretium eſt, longiorẽ in . . tã manifeſtâ orationẽ conſumere; ſat eſt, me ea, quæ hîc in lucẽ mini mè dare hacten' auſus, ꝓpoſuiſſe. Interim te ipſum accuſa, nõ me, q Faber fortunæ tuæ fuiſti, ut hęc tua flagitia in conſpectũ omniũ ꝓdierint; quę, ſi famæ conſultũ cupiviſſes, taciturnitate modeſtiâq; tegi fortaſſe potuiſſẽt, nec opus fuiſſet, ut contra me, quem omni officio-

rum genere juvi, & à quo haud unquam es læſus & provocatus, calamum tàm aſperè & barbarè ſtrinxiſſes, & tam enormia mendacia temerè effutiviſſes. Et ſi his nondum adhuc contentus, tunc Ampliſſimus hujus loci Senatus, qui non exiguam magnalium tuorum hinc inde emendicatorum farraginem poſſidet, hujus erit germanæ dexteritatis & ingenuitatis, ut eam pro bono publico tuendo, conſervando & defendendo, nemini non ſit revelaturus: ut inde tãquam ex ſpeculâ omnes intueri poſſint, te verè magnum Ardelionẽ, non publicum, ſed privatum commodum quæſiviſſe: unde nõ meliorum Medicorum; ſed majorum Impoſtorum more dives hîc factus es. Et ne fortè exiſtimes, me tui eſſe ingenii adeò rudis & ferocis, ut etiam imperium in beluas non formides: Ecce tibi opto inpoſterũ integriorem, ſaniorem & immaculatam crimine mentem, & animũ magis placidum, ne ſermone tam incompoſito & intempeſtivo rudens pro Aſino proclameris, ſed ipſam artem Medicam ſine fraude & dolo exerceas.

Quòd ſi votum hoc pium & modeſtum locum apud te habet nullũ, tunc nihil imprecor tibi ampliùs, quã ut diu viuendo animum iſtũ obtineas, & quando ita vis, improbitate pergas, impietate & malitiâ tuâ ꝑpetuò torquearis; ſiquidẽ nulla pœna gravior Viro improbo, donec juſtam laborum tuorum mercedẽ cumulatim cõſequaris.

II. Pars.

De remediis ſpagiricis in Elencho Progymnaſmatum Chymiæ editis

I.

In genere.

Venio nunc ad ea remedia, quę Problematarius in ſuo Progymnaſmatũ, ſi non *Sophiſmatũ Elencho remediorum Spagiricorum, in uſum communem, inq; ſalutem generis humani commodè ductorũ,* ſine omni ordine & methodo ponit, unũ id agens in proœmio & omnibus ferè lineis, quaſi à malevolis nugigerulis veneni malitioſè ſit accuſatus. Sic egregius hic noſtri temporis Ariſtippus graphicè fingit, pingit dicere volui, exordium ſuorũ pharmacorum, quorũ pleraq; ab ipſo araneorum telas fingentium more cõmentita ſunt. Sed quęro te, homo ſine acumine, verborũ verò diligentiſſimè, profuſiſſimè, & mendaciorum ſolertiſſime, cur ex obliquo, quod dejecti animi ſignũ, vulnus mihi infligere voluiſti, & non directo percutere gladio?

Turpe

Turpe eſt, Latronis & Nebulonis inſtar quempiam dolis, non viribus ferire. Quando igitur ratione & veritate nequis, mendacio impudenter ſuperare contendis. Id autem facis, medicationem, quæ pluribus fuit, tuâ opinione, ſaluti, viciſſim objiciens, non niſi ineptè & ſtultè, venenum undiq; crepans, cujus, ut ex ſuperioribus patet, & ſatis demonſtratum eſt, apud me & alios nunquam mẽtio facta fuit, ſcurriliter tamen uſq; ad tædium recitare audeas. Sanctè jurare poſſum, quod & mecum unà omnes hujus loci Pharmacopolæ, Viri boni, uno tuo excepto, teſtanẽ, nihil me q̧dquã, unq̃, q̃ falſiſſimè narras, de tuis Spagiricis, ſi non ſpaſticis & ſpermologicis pharciminib⁹ (novũ novis dignũ vocabulis) vel apud eos vidiſſe, aut audiviſſe, q̃ in tuo clumbi Elencho fingis, tuumq́; nomen pręfigis, adeò abſcondita fuerunt abs te habita. Pudeat te, hominum mendaciſſime, hæc in publicum edere, de quibus nec Medicis aliis, nec Pharmacopœis ante hoc tempus quidquã conſtitit. Unde ergo Thraſonicè gloriari audes, hęc pluribus ſaluti fuiſſe, ſi in ipſorum Pharmacopoliis nihil horum unquã p̃paratũ, nihilq́ue de his viſum? Publica enim cùm ſint hæc Pharmacopolia in uſum publicum inſtructa & inſtituta, cur illis tua celas? cur illis tua ſecreta, ſi bona ſũt, ratione τȣ̃ ἀγαθȣ̃ nõ cõmũicata fuerũt & in publicum tranſlatã uſum? omne ſiquidem bonum, Ariſtotele teſte, ſui communicativum. Verùm quia aliter nunc ſcribis, & alia tuis exhibuiſti ægrotantibus pharmaca, ne ſcelera tua manifeſta fierent, ut ex jam relatis abundè conſtat, miſello hoc pallio jam tua heroica facta tegere cupis, nondum accuſatus, indirectè tamen excuſationem veneni texas, quaſi à nobis hæc pro veneno proclamata fuiſſent; iterum repeto, à nobis nunquam ante hoc viſa, vel cognita. Quare te ipſum accuſas, teq́ue reum veneni facis, ac tuo te jugulans gladio ita te prodis, tuamq́; mentem anxiam & malum animum ita omnibus pandis, ut uno ore fateantur omnes, hanc tuam inſidioſam & ſimulatam medicinam excuſationem hiſce non mereri: cũ multa ſub hoc prætextu lateant vitia, qualia ſunt ſimulata pietas, impoſturæ quotidianæ, aliorum rectè medentium contemptus, quibus omnib. glorioſus abſq; labore, pius absq; virtute, erudit⁹ absq; ſtudiis: breviter, Medic⁹ excellẽtiſſimus abſq; ſimpliciũ cognitione & artis veræ operib⁹, agnoſci conatus es; ita ut tua te jã remordeat cõſcientia mala (quę ſemper formidinis mater) te unum eſſe ex hujuſmodi Veteratoribus & Lucifugis, qui clandeſtinè ſua arcana ęgrotantibus exhibere conatus eſt. Satius fuiſſet, *nihil prorſus eorum celandum,*

ut loquitur Iſocrates, *quæ quis poſſidet, aut facit, aut facturus eſt*; ſiquidẽ circa res latentes neceſſariò multum timoris & metus contingat. Et quamvis alios lateant, tute tamen tibi cõſcius eris. Unde Pythagoras non ſine ratione dixit, neminem eſſe tam audacem, quem mala conſcientia non faciat timidiſſimũ. Non n. quieſcit animus inquietus & malè conſcius, ſed ab omni etiam vento abhorret. & ſonitus folii volantis terret hos. Sic Vitilitigator hic ſuo indicio ꝓprio perit, ſuâ voce ſe prodit, ſuis medicamẽtis, *magnaliis, Extractis, Tincturis, Nepenthicis, Catarcticis, Rhodoſmegmatis*, tandẽ *Tartareis* ꝓrius & aliis ultimo Vulcano pręparatis, ita ſe manifeſtat omnibus, ut non ampliùs pro Medico vero, qui talis nunq̃ fuit, ſed Agyrtę ſimilis habeatur, qui nunquã bonum publicũ, ſed ſuũ privatũ commodum ſtudioſè quæſivit. Hęc pluribus commemoranda duxi, ut omnib. innoteſceret, nec me, nec alios, nec ipſos etiam Pharmacopœos quidquã, niſi jam edito ejus libello, de ipſius Myſteriis ſciviſſe. vel cognoviſſe. Quod ſi iſti in Amicũ nihil ſuſpicantem debacchari animus fuit, debuiſſet ſaltem epiſtolâ, cùm tot ſcribat verboſas, accuratas & ſubtiles indies, priùs expoſtulare, quàm hanc occeptaret Tragœdiam.

Solet hoſtibus miſſis fecialibus denũtiari bellũ, ꝙ & honeſtũ & laudandum; hic canis rabidi & latronis infeſti ac nefarii inſtar morbido ſuo ſermone, rudi & confuſo ſtylo, omnis meę priſtinæ beneficentiæ oblitus (Nã peſſimæ & ingratiſſimæ Naturę illos potiùs ſemper inſectantur, qui illis profuerunt, quàm qui obfuerunt) ſpretâ omni reverentiâ, nullâ præmiſsâ expoſtulatione, quæ fieri ſolet inter publicos hoſtes, priusquàm ſigna committantur, librum in me evulgat, ſuppreſſo tamen nomine, tot mendaciis, tot convitiis, tot amarulentiis undiq; ſcatentem, ut exiſtimandum ſit, iſtum aut fervore Bacchi animatum, qui, ut Plato loquitur, animo omnem pudorem adimat, (Nam huic ſtrenuè indulget. & ebrietati totus eſt deditus, quæ & eſt in illo Mater litiũ, inſanię generatrix, petulantię magiſtra) aut furore animi cæco & indomito captum & inflammatũ hæc, enormia ſcripſiſſe. In quibus omnib. ne in longã ducã verba morã, expedit, cũ tantopè prędicet ſua glorieturq́; ut paulo accuratiùs ea examinem.

Paſſim nunc ea invaluit opinio aut vulgus eum exiſtimet eſſe peritum Medicum, cæteroſq́; facilè ſuperare, qui ſciat in exiguâ doſi remedia exhibere purgantia. Quamvis autẽ talis modus minimè eſſet culpandus, cũ Natura humana ab uſu maximè purgantiũ valdè abhorrere ſoleat; quia verò in hiſce magna cautio, induſtria ſingularis,

præ-

pręmeditatio acris, exercitatio longa, judicium limatum, examen perfectum adhibendum, ſi modò Medicus ſecundum cujusq; Hominis naturam, ætatem, anni tēpus, regionem, conſuetudinē, Aeris mutationē, humorū & morborū varietatē, vivendi rationē, ſexū atq; inprimis corpus noſtrū gubernantis virtutis diſcrimē, medicinā piè & rectè exercere velit, & Spartā, quā nactus, juſto & debito officio ornare, tunc curę illi erit, ꝙ Priſci diligentiſſimè tradidérunt, Poſteriores religioſè obſervârunt, uſus quotidianus Magiſter optimus debi è confirmavit, ut à catharticis violenter, enormiter, & intempeſtivè evacuantibus diligenter caveamus: ſiquidē nihil viribus demoliendis peſtilentius, nihil morte propinquius his eſſe poſſit, quæ ſtomachū ſubvertant, Cordis robur diſſolvant, ſpiritus exhauriāt, ingeniū labefactent, humores confundant, tormina, ſi nō Carnificū tormenta, vertiginē, nauſeā, calorē immodicū, ſitim aridā, roſionē inteſtinorum vehementē pariant, vividū calorē mutēt, viſcera univerſa offendant, & ꝙ execrandū pariter & deplorandū venit, ſæpè inter hujusmodi ſymptomata, Convulſionē, ſyncopen ꝑniciosam, dyſenteriam lethalem, caloris innati extinctionem, & Hydropis perimentis occaſionem afferant. Cujuſmodi exempla cùm in hac Republ, tū in aliis plerisq; locis, ſi vellem, multa recenſere poſſim.

Si itaq; Medicus debet purgando ꝓdeſſe, & nō obeſſe, neceſſe eſt, ut talis purgatio requirat̄ & tolerēt̄, q̄ detrahat humorē qualitate peccantē. Eſt autē ſuccorū pravitas, q̄ Gręcis κακοχυμία dicitur, cū vel unus vel plures redundant, & non omnes æqualiter, quemadmodum in plenitudine, ubi ſanguinis copia venæſectionem poſtulat. Cùm non omnes æqualiter redundant, ſive unus ſive plures vitioſi ſunt, purgari debent, modò ita corrupti ſint, ut ad naturalem redire ſtatum nequeant. Nā ſi concoqui & corrigi poſſint, in corpore relinqui poterunt, & mutari, neq; neceſſariò purgationē poſtulabunt. Id ergo omne, ꝙ purgationem deſiderat, pertinet ad qualitatem ſuccorū vitioſam: unde ſi non adſit pravitas ſuccorum, aliena purgatio eſt, quēadmodū benè valentibus, q̄bus ſi dentur Cathartica, cū pravitatē ſuccorū non reperiant, ob vehementē vim attrahendi quā poſſident, ſanā carnē liquefaciūt, & nervorū diſtentionē afferunt, tū tormina & vertiginem ꝓpter purgationis difficultatē pariunt, teſte Hipp. 2. aph. 36. Nolo autē omnium evacuationum doctrinam, quibus, quando, quomodo quousq; fieri eas oporteat, & quę inde ex vero doctoq; uſu commoda, quæq; ex contrario noxæ accedant, hîc explicare.

Digitized by Google

Hoc enim nimis longum & operoſum eſſet. Id ſaltem nunc in medium afferam, nos de iis diſſerere velle, quæ totum corpus vacuant, ac per excellentiam Purgantia appellantur, quibus Medici Dogmatici utuntur, cùm humorem, qui in corpore p.n. continetur, attrahere, non communi & promiſcuâ vi, ſed totius ſubſtantiæ ſimilitudine, inſitâq; familiaritate volunt, nixi magni Hipp. lib. de Naturâ Hom. auctoritate, qui ſic inquit: Medicamentum cùm in corpus fuerit ingreſſum, primùm ſanè id, quod omnium maximè ſibi naturâ reſpondet atq; ſimile eſt, deducit, deinde alia quoque trahit & purgat; quemadmodum ſemina & ſtirpes terram ubi ſubierint, id quod in terra ſecundum ipſorum naturam eſt, ſibi attrahunt, ſive acidum, ſive dulce, ſive amarum, ſive ſalſum, ſive aliud quippiam diverſum. Primùm igitur ejus, quod ſibi naturali ſimilitudine conjunctum eſt, plurimũ arripiunt: tum cætera deinceps attrahunt. Talem quoque modum & medicamenta in corpore ſervant. Etenim quæ bilem movent, primùm hanc meraciſſimam purgant, deinde mixtam. Quanquam igitur attractio aliâs caloris, aliâs vacui, & inanitionis vi, aliâs totius ſubſtantiæ ſimilitudine fit; quæ tamen à medicamentis purgantibus eſt, unâ ſimilitudinis proprietate completur, quâ & ſtirpes ſuccum è Terrâ ſibi idoneum, & unaquęq; corporis particula, id quod in ſanguine ſibi familiare & conveniens eſt, prolectat & attrahit.

Quod & à Gal. multis in locis; inprimis autẽ ex 3. & 5. de ſimpl. med. facult. liquidè apparet, ubi apertè dicit, à totius eſſentiæ vel ſubſtantiæ ſimilitudine, proprietate, familiaritate cum humoribus, qui expurgari poſſe exiſtimãtur, virtutem ea purgandi obtinere. Hæc autem ſimilitudo non temperamentorum, ſed ſubſtantiarum eſt. Illa quippe attractionis cauſa ſtatui minimè poteſt, quandoquidem nullum medicamentum eſſet trahendæ pituitæ idoneum, cùm illa frigida; univerſum verò purgantium genus calidum habeatur. Ergo ſola ſubſtantiæ ſimilitudo cauſa eſt, cur medicamentum hunc, vel illum humorem alliciat.

Cùm itaq; medicamenta purgantia ratione ſimilitudinis id faciant, tunc trahunt vel ſanguinem, vel alios humores. Si ſanguinem; ea venefica ſunt, nec, ut vult Gal. ulli cognita, vel pauca admodum in rerum Naturâ exiſtunt. Si illa alios trahunt humores, tunc & ea medicamẽta ſunt, vel benigna, vel maligna.

Benigna, q̃ habent permiſtas portiones alimentales, nullas veneficas, ut Syrupus Roſarũ ſolutivus, Manna, Caſſia, Tamarindi, &c. ac eã ob cauſã benigna vocanť; ꝙ vel benigni ſucci aliq̃d in ſe cõtineãt, vel aliâs naturæ adeò nõ ſint inimica; ſic ut abſq; periculo & citra vehementẽ agitationem atq; noxã blandè purgent: vel per admiſtionẽ aliorum vis purgantium hebetetur & contundatur. Quę ſi non purgant, in humorẽ familiarẽ & alimentũ mutantur, quemadmodũ Rhabarbarũ in ſanguinẽ biliosum. Maligna ea ſunt, q̃ non attrahunt ratione portionis alimentalis, ſed eã amiſsâ, vi quadã, quæ diſſimilis eſt corpori noſtro, imò prorſus infeſta, corpus movent in exiguâ doſi, ut Scammoniũ & Colocynthis. Et hæ ſi non purgant, corrumpunť in corpore, & generatur materia venefica, nec portio alimentalis ꝓpter portionẽ veneficã vinci poteſt. Et purgant hęc aut intẽſivè, aut extẽſivè. Intenſivè, cũ actio eorũ eſt nimis intenſa, aut violẽta: & tũc fiũt tormina, cõvulſiones, ut facit Veratrũ albũ, Eſula. Extenſivè, cũ immodica ſuccorum quantitas allicitur in ſuperpurgatione; unde etiã poſtremò ſanguis evacuatur, & Homo ſæpè perit. Vel à medicamento mediocri, vel forti. Mediocri, ut Rhabar. Agaric. quæ attrahunt à proximis, nec impedimẽta removere poſſunt. Hęc venefica nõ ſunt: tamen correctione indigent ꝓpter os ventriculi, quod ſyncera purgantia ferre nequit, teſte Gal. 3. de ſimpl. med. facult. cap. ultimo. A forti & vehementi perit Homo, ut Helleboro albo, Peplo & ſimilibus. Et id medicamentũ cũ impetu attrahit à partibus remotis, nec amicâ ſed hoſtili qualitate corpus exagitat, tollitq; impedimentum, quod purgationẽ tardare poteſt: & id impedimentũ eſt Obſtructio, vel expultrix ſopita. Obſtructio eſt ab humore craſſo, quem ob calorem & amaritudinem medicamentũ detergit & attenuat. Expultrix verò ſopita à medicamẽti mordacitate & malignitate excitať, q̃, ut medicamẽta valentia ſunt, ita fiunt venefica duplici modo; dũ aut non rectè caſtigantur, vel corriguntur; vel in majori doſi exhibentur. Et ſi hoc fit, tunc ὑπερκάθαρσις ſequitur, id eſt, ſanguis evacuatur, & ſępè mors ſequitur (quam Gal. δῆξιν μένουσαν, id eſt, perſeverantem & cõtinuatã mordicationẽ vocat) ob purgantis pharmaci mordentem qualitatem, quę deinceps cauſat nimiam purgationẽ, cui neceſſe eſt diſſipationẽ caloris vitalis ſubſequi. Superpurgatio verò fit, aut propter Pharmaci attractionem, aut expulſionem, aut læſam retentionem. Propter attractionem fit ὑπερκάθαρσις, quando ſuccus familiaris jã eductus eſt, & non reſtat alius familiaris medicamento, ac ꝓinde

maximâ ex parte ceſſat attractio; quia agens nō agit, niſi adſit patiēs.

Ratione expulſionis fit ὑπερκάθαρσι, non læſâ facultate, ſed ob externum errorem, qui ſumitur à pravâ qualitate ſeu acrimoniâ medicamenti purgantis.

Ob læſam retentionē fit ὑπερκάθαρσις, quādo ea læditur ob vaſorū morbū, qui exiſtit vel in viâ, vel in intēperie. In viâ morbus exiſtit, id eſt, in nimiâ vaſorū apertione, vel potiùs orificiorum, ꝓpter copiā & impetū materię expurgatæ. In intemperie, præſertim frigidâ, quia in ὑπερκαθάρσει corporis partes ita fatigantur, ut calor hebeſcat, & vaſa refrigerata langueant, ne ſuccos retinere queant, unde Mors neceſſariò ſequitur.

Ex his perſpicuè obſervare licet ordinem, quem uſus purgantiū medicamentorū notavit, qui in tres claſſes à Medicis diviſus eſt (Nā nihil lędit, ut Plato inqt de leg. ꝙ pulchrū eſt bis dicere) ut prima ſit benignorū, q̄ minimū ab alimēti naturâ defecerūt; cujuſmod ſūt Māna, Caſſia, Violę, Serū lactis: & ſi nō in juſta ſumunē quātitate in corpore valido atq; inediâ exhauſto incorporis ſubſtantiā faceſſunt: unde à Gręcis μαλακτικὰ vel ὑπακτικὰ γαςρὸς vel ἐκκοπρωτικὰ vocantur.

II. Mediocriū, q̄ ut alendo corpori minimè idonea ſunt; ut Agaric⁹, Rhabarbarū, Sena, Aloë, ita ad humorem vacuandū in corpore ſo ꝑvacaneū unicè idonea exiſtūt. Hęc cùm facultate ꝓpriâ purgante cōjunctū habēt acrē calorē, validiùs agūt. Hāc ob causā Medici, quoties magis ſubducere volūt, acria, ut Zingiber, Cinnamomū &c. eis ꝑmiſcent. Hęc mediocri vi trahendi prędita è venis ſuccos prolectant.

III. Malignorū, in ꝗbus vis & ſubſtātia ineſt venenata; in quorū numero habenē Colocynthis, Scāmonium, Hellebor⁹, Tithymalli. Elateriū, Semen Lathyridis, & ſimilia, veterib⁹ quidē uſurpata, pharmaca, ſed in ꝑtinaciſſimis morbis. Hęc ꝓpter cōtrarias cauſas validiſſimè turbāt, & nō ſine labore & ꝑiculo purgāt, nonnunquā etiā tormina, vertiginē, & animi deliquiū creāt. Quę cū acerrima ſint, & totū corpus validè inaniant, ac cōtumaces ſępè affectus demolianē; ob efficaciā & vehementē actonē ſuā Δραςικὰ, vulgò eradicativa, dicunē. Horū n. vel exigua portio in putredinē veneno finitimā, corp⁹ rapit. Quę cū ſummè & effreni virtute purgāt, ſanguinē tandē, nō tamen ꝓpriâ vi educūt; ſed vel excoriatis venis, vel orificiis venarū tā latè apertis, ut ſanguis effluat; vel ſuâ vi immoderatiore extremā vacuationē molientc. Et q his, vel infrà, vel ſuprà, cōtempto ordine indifferenē utūtur, in maxima & irrecuꝑabilia damna ægros ꝑcipitāt, nec curāt, ſed

jugu-

Digitized by Google

jugulant, aut ſi res feliciter cedit, ſępè mala augent; quod hoc tẽpore nimis frequenter evenire ſolet, ut non opus ſit longiorẽ de his texere orationẽ. Quemadmodũ autẽ, ut benè Doctiſſimus Heurnius loquit̃, corpus humanũ à ſummo Deo in triplicẽ regionẽ diſtinctũ fuit, nẽpe alvinã, venoſam, & habit' corporis: ita & tria pharmacorũ genera viribus diſtincta notavit uſus. Nã lenientia alvinę regioni adſcripſit; modeſtè purgantia vẽoſæ dicavit ſedi. Helleborũ verò, celocynthida & ſimilia ſeverè valideq; educentia pharmaca, habitui corporis peculiaria eſſe voluit.

In quã claſſem nũc collocabimus Chymica iſta, ut Antimoniũ, Pręcipitatũ, Sublimatũ? Certè in eã, in qua nil niſi maximè pernicioſa inveniunt̃. Etenim in quantitate minimâ, ut ex jã ſuperioribus liquet, exhibita ſic fatigant hominẽ & vires dejiciunt, ut in magno diſcrimine vitæ hęreant oẽs, qui eis utunt̃. Fatebunt̃ id unà mecũ Viri candidi, & qui longo tempore omni cũ laude Medicam exercuerunt artẽ, plurimos ab his necatos eſſe: nec hîc nec alibi nobis exẽpla quãplurima deſunt. Nec ipſi horũ Auctores, in quibus eſt plus candoris & humani affectus (Nã pars maxima vel ꝓpter impietatẽ, cujus ſunt ſtudioſi, nõ movent̃ Hominũ mortibus; vel ob ſummã ruditatẽ cauſas eventuũ non intelligunt) id inficiant̃, ac etſi vellent, nõ poſſunt.

Proinde, te Ariſtarcho, ſit hęc Claſſis, quarta, in quã unà cũ his & tua peregrina, adulterina & magnalia collocent̃. Iſtis fruere feliciter, utere ꝓſperè, cũ vis haberi magnus Ardelio, nec benigna noſtra tange. Ea n. tibi *Galenica* ſunt, &, ut novus delicatulus Homo es, nõ in Aulâ, ſed in caulâ educatus; ita ea more tuo, inſtar Subulci, hircoſi illoto ore *Stercora* nominare non vereris: quâ unicâ hac ruſticâ voce tuã ꝓdis ſtultitiã, manifeſtas inſaniã, ꝓpalas inſcitiã & ignorantiã ſupinã. Nec invidemus tibi tua benedicta, quę nihil niſi *Antimoniũ* cũ *Præcipitato*, ꝗ Chymici vocãt *Turpetũ minerale* ad differentiam vegetabilis, cõtinẽt, cũ comitibus, quorũ in Officinâ tuâ pręſtant pyxides Diagridio, Scãmonio, Colocynthide oppletæ; Veratro graves, Thymelæâ, Cataputiâ, ſucco Eſulę ponderoſę: quib' tuos purga, iiſq; violentiſſimis, erravi, benigniſſimis dicere volui, & ꝑ ſuꝑiora & inferiora omniũ morborũ curationẽ more tuo audacter molire, & bonis avib', ut incępiſti, ſtrenuè ꝑge, ut ſis & maneas deinceps re & nomine nõ Martin', ſed Merdinus, non Medicus, ſed Merdicus; nõ Phyſicus, ſed Phrygius. Dejurare autẽ vellẽ, te tuoſq; hęc tua pharmaca nõ à Medicis, ſed à fori

Circulatoribus didiciſſe. Uſq; adeò n. ambo & ſermone & medicamentis ſimiles eſtis, ut nemo dubitet, quin aut hi ab iſtis, aut iſti ab his medicinam ſuam didicerint.

Purgantia itaq; pharmaca à ſanioribus artis Medicæ Proceribus uſu recepta & comꝓbata, ea dicũtur medicamenta, quæ certum humorem è corpore proliciũt, aut plurimos, excepto ſanguine, educũt. Hęc autẽ vel ſunt ſimplicia, vel cõpoſita; eaq;, ut dictũ, vel leniendo, vel mediocriter movẽdo alvũ, vel validè purgant. Unde ſi Medicis ſolertibus & exercitatis animus eſt à fœdis humoribus corpus vindicare purgãdo, ut cordis ſanguinem & ſpiritus vividiores reddant, tunc parcè his utuntur, ni fortè neceſſitas ꝑ morbos uſum illis extorqueat crebriorem & fortiorem. Nam in excluſione materię morbificæ unà ferè exhauritur quid, in quo naturæ vis reſedit; quæ ſi vehementior juſto fuerit, quod contingit uſu medicamentorum validè purgantiũ, neceſſe eſt, corpus vehemẽter exagitari, aut ita debilitari, ut aut ægrè, aut nunquam priſtinas vires ampliùs recuperet. Unde magnus ille Hipp. non ſine ratione dixit, pharmacũ mundum reddere corpus, & crebro uſu maturam inferre ſenectam; & grave eſſe hos purgare, qui ſecurâ ſanitate fruuntur. Nam vires franguntur reſolutione partium ſolidarum ab hypercatharſi ſucci alibilis. Qui itaq; purgare corpora humana dextrè vult, in hanc ſedulò incumbat curam, ut expertis & longo uſu comprobatis utatur medicamentis. Semper n. præſtat uſu jam compertas medicaminum doſes certas conſtituere, quàm ſubtili ratione non ſatis compertas indagare: quamvis & hęc nonnihil conferre poſſit ad horum uſum rectè ineundum. Magno certè ægrorum cõmodo exhibentur lenia, ſed magnâ doſi: ob quam cauſam nos vehementer accuſant Paracelſicę ſectę aſſeclæ. Sed eò ſunt tutiora & ſalubriora. Quæ exiguâ mole dantur, magnã vim gerunt, & ni ritè parentur, aut uno vel altero ſaltem grano doſi auctâ exhibeantur, vah, quantâ jactatione corpus fatigant! Unde periculoſiora: quod & eventus abundè docet.

2.

In specie.

1. *Extractum hydragogum.*

Si nunc *Extractum* ſuum *Hydragogum*, quod primũ in ordine locum inter *medicamenta ſpagirica* tenet, obiter ſaltẽ inſpiciamus, quantumvis in eo caninã ſuã facundiã exerceat, nil niſi affectatum quidpiã in eo deprahendimus. Dũ n. accipit *radic. Cucũ. agreſtis*, quẽ iſte cũ

Officinis

Officinis *Aſininũ* vocat (uſque adeò mox Cumano ſimilis, ut qui viderit hoc, non protinus intelligat, te Aſinorum omnium Aſinum ferociſſimum eſſe, aut expectet, ut te præterea RUDENTEM audiat) Eas ſucco præfert: cui tamen, teſte Meſue. lib. 2. de med. purg. 9. prima ac præcipua laus eſt, atque efficacior ipſis radicibus ſemper habetur.

Hujus *radices* ſi colligendæ, vult hic cum *Meſue*, qui Arabs fuit, ut *in veris fine* id fiat. Sed apud nos, tanquam frigidioribus locis, ſeritur novo adventante ſemper Vere in hortis, Auguſto Menſe primũ floret, Autumno fructum producit: quo tempore ita luxuriat, ut, quidquid utilis humoris radicibus inerat, abſumi tum gignendis, tum alendis fructibus oporteat. Ineptum ergo id *radicis* collectioni, aut uſui eſt tempus, cum ſucco eſt inops.

Adventante hyeme moritur: Novo vere, ubi Sol aërem excalfaciens, ſuumque calorem omnibus plantis, omnique animantium generi communicans, eis quaſi novam vitam reſtituens, hæc tota putrida in horto noſtro invenitur; in tuo autem apud Cretenſes nova parit, & emittit ſingulis annis, germina, quibus tuum fortè conficis Hydragogum. Unde mirum non eſt, ſi hæc exotica tam longè petita, , quorum tam gnarus ut Aſinus Lyræ, magnis undique ſumptibus conquiſita, magno etiam ære veneunt, & Galenicis medicamentis præſtant. Hoc, ut inquit Meſues, igneâ & terrenâ conſtat ſubſtantiâ, qui unà cum Avicen. teſtatur, id ipſum tertium caloris gradum attingere: quod tamen Gal. in ſecundo reponit. Quapropter potenter pituitam vomitu & dejectione purgat, & interdum bilem, ſi vacuari parata eſt, ſeroſum quoque excrementum etiam evulſu contumax. Vim namque purgatricem Scammonio proximam ei tribuit Joannitius. Si enim vacuet immodicè, etiam ſanguinem trahit, ut non immeritò *Elaterium*, id eſt lethale, vocetur, vel exagitatorium, quia exagitat vehementer & turbat univerſum corpus, ſic ut ſuperpurgationes efficiat horrendas. Unde qui adhuc hodiè eo uti vult, det operam ſedulò, ne Viduas vel Viduos faciat, & ſimul cum his Orphanos. Vehementer enim non tantùm inferiorẽ ventrem, ſed & ſuperiorem ciere ſolet puſillâ doſi exhibitum, cujus ad pauca præſcribitur grana. Gerit enim veneni æmulam vim. Quare datur ad grana 7. cum ſemiſſe.

Digitized by Google

Dioſcorid. non præbet ultra Scrup. ſ. Ægineta lib. 7. propinat *Elaterii trioboli pondo*, id eſt, ſeſquiſcrupulum. Hoc licèt aquam eam, quæ in abdomen effluxit, quæque extra venoſum genus elapſa, ac intra Omentum & Inteſtina natat, potenter eliciat: quanquam difficile eſt hanc reſorbere, ac ad inteſtina revehere jam ſemel effuſam: tamen magnâ cautione ſemper adhibendum, ut quod robur Hepatis vehementer reſolvat ac deſtruat; unde inemendabiles interdum noxas ſubſecutas ob immodicam purgationem, fatebũtur unà mecum boni Viri, qui cum laude & proximi utilitate praxin longo tempore exercuerunt.

Id ſi dandum, exhibeatur correctum cum Spicâ, Cinnamomo, Tragacantho & Bbellio cum Speciebus Diarhod. Abb. & Cordialibus. Et ſi à Jecore vitium eſt, quod hic obſervare debuiſſet, ne Empirico ſimilis, addendæ Species trium ſantalorum. Si ab Utero, offeratur cum Adianto, vel Artemiſia. Si ex artubus abduci debeat aqua, exhibeatur cum Terebinthina, aut Amygdalis amaris, & cum Trochiſcis amaris Æginetæ, qui ab eo lib. 7. cap. 12. deſcribuntur. Nec obſtat, ut id eo modo paretur, quemadmodum Coſtæus magni ingenii & eruditionis ſummæ Medicus, ex Johan. Pomelli, Pharmacopœi Veneti, uſu vult, qui fructum Cucumeris agreſtis parat cum ſucco Cydoniorum. Hoc enim modo inquit cohiberi Elaterii violentiam, corroborari ventriculum pro certo habeo, quin hoc pacto paratum Elaterium nunquam ſitum admittit. Quis ergo hoc non mavult uti ipſis radicib. ut quæ ſucco inopes apud nos, & tempus radicis collectioni & uſui ineptum nihil quicquam præſtabunt laude dignum!

Si verò alicui cordi, ex Elaterio parare Extractum ſimplex, efficacius tuo, ſumat id cum ſucco Cydoniorum paratum ad unc. 1. addito ſpiritu Vini, in quem infuſum ſit diamargaritum frigidum, ſtent ſimul in B. M. per triduum, poſtea diſtillentur l. a. reſtibilem ſuccum, corrige cum Ol. Cinnam. & Nuc. Moſch. ana Scrup. 1. Hoc modo quis egregium habebit Extractum conveniens Hydropi, Cephalalgiæ & Epilepſiæ veteri, ad Scrup. ſ. exhibitum.

Sequitur *Cucumeris radix*. Hujus tria reperiuntur nunc genera; Cucumis nempe ſativus, longus, & anguinus. Sed nullum genus horum eſt, quod quid purgantis in ſe habeat; attamẽ ab hoc Thalete in purgantiũ ordine ponitur.

Vult

Vult Gal. 8. ſimp.med. Cucumeris ſativi radicem deſiccantis quid poſſidere, nihilque prorſus purgantis, dum inquit: Cucumis ſativus(qui ab ipſo eſculentus dicitur, & cæteris prævalet,)maturus quidem tenuioris eſt eſſentiæ; qui verò immaturus, craſſioris.Ambo tamen abſtergendi facultate participant; ſuperat in eis humida frigidaque temperies, non tamen magnoperè, ſed quaſi in ſecũdo cenſetur ordine. Attamen ſi quis aut ſemen, aut radicem arefaciat, haud etiam humidæ fuerint naturæ, ſed jam deſiccantis, idque in primo quodammodo ordine, aut in ſecundo incipiente.Eſt & in iſtis major abſtergendi facultas,quàm in fructus ipſius carne. Quibus conſentanea ſunt, quæ de eodem tradidit Dioſcorid. lib. 2. c. 128. Sativus Cucumis,inquit,alvum lenit,&ſtomacho perquam gratus habetur, refrigerat, ſi non corrumpatur, veſicæ prodeſt, olfactum recreat quos animus liquerit; ſemen modicè urinam movet:cum lacte & paſſo veſicæ ulcerationibus ſubvenit. Illita cum vino folia morſus Canum ſanant,& Epinyctidas cum melle. Hæc Diſcorid.

Hic tertius Cato, Sapientum octavus,contra veterum auctoritates in chaos quoddam confundit omnia, qui neſcio quo vultu, quâ audaciâ inſcitiæ notam antiquitati inurere non veretur, dum Cucumerem eſculentum inter purgantia referre audet, qui licèt manſueto admonitus animo impatienter nos audire poſſet; ideò ne ei moveamus ſtomachum, & tamen in magnis erroris & inſcitiæ tenebris non perſeveret, trademus eum erudiendum Mulis,tanquam Magiſtris. Ii enim Cucumeres hos avidè expetunt, & capiuntur tàm mirâ eorum voluptate, ut etiam odorem eminus ſentiant. Quare munienda ſunt Cucumeraria, ne irrumpentes ea depopulentur, ac proterant. Ad quos hunc ablegamus, ut hujus plantæ virtutem cognoſcere diſcat, qui aliàs in re herbariâ tã eſt exercitatus,ut Bethonicam pro Urticâ habeat, dignus qui urticis ad necem uſque cædatur, quemadmodum hîc cum Sutoris cujuſdam Conjuge ante biennium factum, quæ febre Ungarica decumbens, ſed curata ut à Diabolo obſeſſa ab hujus Fratre Andreâ virgis ad necem uſque cæſa fuit.

Sequitur in contextu remedii iſtius Hydrargogi *Radix Ireos.* In ſcholiis autem ejus haud paulò acerbis,imò planè furioſis præcedit huic *Laureola*,hâc iſte *Laureda*,mirifico verbo, magno ſuo probro & de-

& dedecore futiliter efferet, quam nemo unquam, qui religioſè loquuntur, ſic nominavit, confundens more ſuo omnia, ut ne pictam hanc plantam cognoſcat: cui certè pictas caligas emerem, ſi in Doctiſſimorum Medicorum coronam adduct*, hanc plantam raram, in montibus aſperrimis ſolùm provenientem, nobis oſtenderet.

Quid ergò de hujus uſu & energiâ jactabundus hic Thraſo, deque extracto ejus fruſtrà gloriatur, cùm plantam hanc nunquam viderit, nec tam citò & facilè viſurus ſit; ut quæ in Styriacis & Auſtriacis ſaltem Alpibus unico duntaxat in loco luxuriet, foliis Lauri ſemper virentibus, ſed validioribus & gracilioribus. Potiùs ergo miſcellanea hęc pharmaca vitanda, execranda & exterminanda, quā ineptiſſima & mendaciſſima Homuncionis hujus praxis recipienda & probanda, ut quæ nihil ſtabile, nihil ratum firmumque prorſus in ſe habeat, ſed conficta omnia, incerta cuncta, convaſata univerſa. Inanis eſt ſcientia, quam præ te fers, ut qui ſcire te putas, quod nūquam didiceris ſtudendo, imò ne minimùm quidem attigeris.

Si verè ſcire deſideras cujus energiæ ſit *Laureola*, tunc ea quidē per inferna bilem, pituitam & aquas detrahit, ſed magnâ violentiâ, nec non os & fauces incendit, & ventriculum vehementer lædit, ut Dioſcorid. & alii teſtantur. Et quemadmodum hujus uſus tutus non eſt, ut & Laureolæ fœminæ, quæ Chamædaphne multorum eſt, vulgò *Mezereon*, quam plantam cæcus hic Centaurus ſub Laureolâ intellexit: ita nec horum ſuccus, nec grana, nec oleum, nec extractū ex his convenit, ut quæ vehementiſſima ſecum trahant ſymptomata. Nam inprimis excitant ardorem in gulâ cum excoriatione, ꝓpter ſummam ſiccitatem & caliditatem; præpeditam locutionem, ob colliquefactas humiditates, quę tumorem in linguâ, deinceps cauſant: ſpumantem & pituitoſum vomitum, ob ſummam & propriā Stomachi perturbationem: eroſionem ventriculi, ob ſummam ejus vim calefacientem & corroſivam: ſingultum ob caliditatem & ſiccitatem acutiſſimam, fortiter reſolventem & exiccantem: ſitim validam & implacabilem, propter vehementem ſiccitatem & caliditatem, omnem conſumentem humorem: dolorem inteſtinorum intolerabilem, ob acrimoniam; mordicationem, excoriationem, & exulcerationem, ob caloris vehementiam, qua viſcera exulcerat: eorundem inflammationem, ob humorum ingentem caliditatē & ſiccitatem: fluxum ventris, propter vehementem & venenoſam ſolvendi

vendi

vendi qualitatem excoriativam & ulcerativam, ut ita loquar, virtem expulſivam ſtimulantem; anguſtiam ſummam ob ſolutionem continui & venenatam qualitatem; ſpaſmum ob inanitionem; univerſi corporis cruciatum ob continui ſolutionem. Hæc ſymptomata ſecum trahit Laureola cum Mezereone Conjuge ſuâ. Qui igitur hiſce uti vult, maturi & ſani ſimul ſit judicii, ſi modò omnis inſcitiæ & calumniæ occaſionem refugere cupit, ac ægri ſalutem opportunè tueri cogitat, propter hujus efferam, quam habet, qualitatem, qua viſcera & partes internas lædit; aliâs Empirici nomen meritò merebitur. Inter quos, ſi nõ es recenſendus, non longè tamen abes.

Huic nunc ſuccedit *Iris*, cujus maximus in Medicinâ eſt uſus, ob quam cauſam à veterib. & recentiorib. plurimùm ſemp commendata fuit, quorum quidã eam, quæ albo refloreſcit flore, alii quæ purpureo conſpicua eſt, laudant. Hæc ſiccat & calefacit tertio ferè ordine, inprimis recens. Ferventioris n. eſt ſaporis, q tamen non ſtatim, ſed paulò pòſt quàm manſa eſt, deprehenditur. Tunc enim fauces unà cum Linguæ radice impetens, igneæ qualitatis veſtigium, ac πυρώτερόν τι, quod non facilè eluitur, his imprimit. Hæc obſtructa aperit, tenuem choleram & aquam citrinam excludit, nec non pituitam craſſam cum mulsâ exhibitâ è ſtomacho elicit, & eandem cum ſpicâ datâ è pectore & pulmone prolectat. In Empyemate cum melle & ſero lactis magno propinatur ſucceſſu: in flatu Inteſtinorũ cum Maſtice; in Arthritide cũ Caſtoreo; in Hydrope cum melle roſato. Hujus ſucci doſis eſt à drach. Sem. ad unc. Sem. quàvis Ruffus exhibet ad drach. vij. hac tamen cautelâ ſemp obſervatâ ut nunq̃ Puero, Seni, vel Prægnanti exhibeatur. Nam huic movet menſes, unde abortus: illos verò validiore vi fatigat, & ſtomachum lædit, unde parciùs & modeſtiùs uſus hujus radicis eſt ineundus, ut quæ non levem ob acrem ſuã vim ad ſanguinem proliciendum occaſionẽ præbeat, maximè ſi præter modum exhibeatur. Hæc quomodo à te nunc ſit correcta, non video, niſi quòd Vulcano tuo ea cum cęteris quaſi in diſciplinam tradita acrior ſit reddita, unde major timẽda noxa. Hepar n. nobile viſc' ne immemor reddatur officii, robur & aſtrictionem ſemper expetit, etiam in ſtricto morbo hoc, ne in medendo error committatur, qui in ægrotantis deinceps vergat perniciem neceſſe eſt: quod ſuperciliosus hic Spermologus (Spagiricus volebam dicere) nunquã obſervavit, fortè Vino ſomnoque ſepultus.

Huic mox annectit *Abſinthium Ponticum & Saldonellam Alpinam*,

unà cum *Eupatorio*. *Abſinthii* uti plura ſunt genera, ita *Ponticum* cæteris omnibus præſtat, ut quod minùs calefaciat & extenuet, ſed ęquè reſiccet, magisq; adſtringat, proinde ſtomacho convenientius exiſtat, ipſumq; corroboret, nec non jecoris obſtructiones tollat: cujus tanta eſt efficacia in Ponto, ut hujus paſtu pecora non tantùm pingueſcant; ſed & felle carere ſoleant, quemadmodum ſcribit Plinius lib. 27. c. 7. Hoc ob culturam in hortis cùm miteſcat apud nos, etiã vim ſuam amittit, ut guſtatum omnem penè adſtrictionem exuat: laudandum potiùs eſſet, cùm vero Pontico careamus, ut commune noſtrum ſumamus, ut quod adſtrictoriã, amaram & acrẽ ſimul qualitatem poſſideat, excalfaciens pariter & extergens ſit, roborãs & exiccans in tantum, ut coctioni opituletur plurimùm, & ita abſtergat, ut qui eo utuntur, minus ſalivæ ex ore emittant, & cremor hujus phlogôſes Hepatis & Lienis mitiget. Quare ubi Galenus utendum *Pontico* dicit, duo potiùs videtur reſpuiſſe, *Seriphium* nempe & *Santonicum*, quàm iſtud, quod ſimplici & abſoluto nomine *Abſinthium* vocatur, quod & Dioſc. à Pontico non dividit. Si graviter id olebat Gal. in Græciâ; non fœtet in Germaniâ, Italiâ, Galliâ, & Angliâ, quin potiùs cætera à fœtore & putredine tuetur.

Cùm igitur noſtrum id præſtet omne, quod Ponticum, & ferè majora, idq; in natali noſtro ſolo feliciter proveniat, cur exotica poſtulamus? Sed ne errare videatur plumbeus hic, ſcribit hoc, quod nõ novit, quæ aliâs Tyrunculis ſunt protrita.

Si examinemus nunc *Soldanellam*, tunc hic non *marinam*, ſed *alpinam*, ut novum quid, contra omnium rectè medentium uſum, ſuo miſero immiſcet Hydragogo. Hæc à Dioſcor. Κραμβὴ θαλασσία Braſſica marina vocatur, à braſſicis omnibus differens, nihil aliud cũ iſtis commune habens, niſi nudum nomen, quæ aliâs provenit in maritimis locis feliciter. Ea fert folia Aſari, aut, *ut Dioſc. vult, Ariſtolochiæ rotundæ ſimilia, ſed minora, ſingula à ramis rubentibus exeuntia, ſingulari, ut hedera, pediculo, lacteo ſucco prægnantia, falſo guſtu & aliquantum amaro. Flores fert lævis Smilacis haud abſimiles, calathi effigiem referentes.

Soldanella verò *Alpina*, ſic dicta ob foliorum ſimilitudinem, quam habet cum marinâ, in editiſſimis Alpibus perpetuâ nive obſitis copioſè naſcitur, cui ſunt plerumque ſena aut octona folia in orbem ferè circinata, nonnihil dura, inſtar Pyrolæ, ſupernè viridia infernè dilutiore virore ſplendentia: florem gerit cæruleo colore

mul-

Digitized by Google

multipliciter diſſectum, Campanulæ formam repræſentantem.

Deſcripto loco & formâ, ſequitur, ut de virib. horũ agamus. Quãtum igitur ad vires *Braſſicæ marinæ*, memoriæ prodidit Dioſcorides. eã in totum ſtomacho inimicam & acrem eſſe, coctam in cibo vehemẽtiſſimè ciere alvum. Recentiores ſucci hujus unc.ſ. cum Rhabarb. ad pellendas Hydropicorum aquas exhibent. In hujus defectu ſumunt drach. j. fol. ſiccor. pulv. addito Rhabarb. & Cubebis, & cum vino iiſdem propinant.

Soldanella verò *Alpina* nihil quicquam purgantis habet, ut quæ nonnihil amaritudinis, ſed multum adſtrictionis præ ſe ferat, unde non ad purganda corpora, ſed vulnera glutinanda non infeliciter uſurpatur. O quale caput Cerebro vacuum, hoc ipſum, quod jubet, præſcribit, & cenſoriâ ſuâ virgulâ mandat, hoc pecus Arcadicum penitus ignorat, ac ſimplicium ne minimas quidem vires propriâ indagine aut experientiâ unquam percepit, nec didicit; imò huic ſtudio deditos Inſanus hic irridet, qui potiùs cachinno vituperioque digniſſimus, quòd compoſita deſcribat medicamenta, quorum ſimplicium nullam prnitus habeat cognitionem!

Sicuti autem in praxi Juridicâ turpe eſſet Judici vero, non plebejo, ea, quæ juris ſunt, ignorare, aut Mechanico inſtrumenta artis ſuæ non noſſe: Ita Medico turpiſſimum, herbarũ, fruticum, arborũ, reliquorumq; ſimplicium prorſus nullam habere cognitionem. Verùm Judex ignarus aut non eligitur, aut electus tanquam minùs idoneus ab officio removetur. Mechanicus à conſortio repellitur: Medicus autem talis omnium ſimplicium medicamentorum & compoſitorum imperitus recipitur, veneratur apud vulg⁹ imperitum, & doctioribus ſæpè præfertur.

Vult Galen. 1. de Antidot. ut Medicus omnium ſtirpium, ſi fieri poſſit, peritiam habeat; ſin minùs, plurium ſaltẽ, quib. frequenter utimur, Nec ſatis eſt cujuſq; herbæ vel rei ſimplicis temperamentum primarum qualitatum inveſtigare, ſed & effectum illarum penitùs noſcere: ut acrium quædã cũ intenſo calore rodere & exedere; quędã incidere, menſes, urinas & ſudores movere; quædã flat⁹, vapores & humores digerere & incidere; rurſus amara expurgare & detergere citra manifeſtum calorem: dulcia verò humectare, laxare & emollire: acerba cõtrahere, denſare, repellere: inſipida, cogere, extinguere, ſtupefacere & conſopire: ut de his luculenter ſimul & doctiſſimè diſſerit magnus Gal, lib. 4. & 5. de ſimpl. med. facult.

Similis ratio eſt de ſecundis qualitatibus,quæ ex jam dictis pullulant, ſicuti quæ emolliunt,quę pus movēt, quę indurant,quæ exiccant,quæ laxant,quæ obſtruunt,quæ abſtergunt,quæ attrahunt,quę repellunt,quæ condenſant,& multæ aliæ:quarum ſi unius aut alteri temperamentum rectè explicetur, facile erit & de cæteris ferre judicium. Exempli gratiâ; Suppurantia calida & humida poſtulant; condenſantia & repellentia frigida & craſſarum partium ſint neceſſe eſt. Hic modus eſt inveſtigandi ſimplicia medicamenti, quo ſi quis uti rectè novit, facilè & magno ſucceſſu & felicitate ſimplices curabit affectus. Sed quomodo curabit hos, ſi nec ſtirpis,nec harum facultates ei cognitæ ſint?

Nec minorem laborem & intellectum requirit ipſorum medicamentorum legitima compoſitio. Simplex enim morbus immiſtā, compoſitus verò miſtam exigit & poſtulat medicinam neceſſariò,teſte Gal. 1.de med.compoſ. ſecund.gen.c.5. Dependet autē germana illa componendi ratio,tum à naturâ, tum etiam à tempore morbi; quod hinc apertè liquet,dum Gal.in principio ex teranarum inflammationum repellentia,in declinatione diſcutientia&aperientia prævalere voluit: ſic in crudis humoribus concoquentia, in concoctis repurgantia deſiderantur.

Nunc ſi quis harum limitationum ignarus,&ipſarum ſtirpium inſcius & rudis,an non talis Medicus maximi interdum & immedicabilis mali cauſa exiſtit? *Abſinthium* utiliter datur ad dejiciendos è ventriculo bilioſos humores: ad pituitoſos verò minimè. *Aloe* ventriculo gratiſſima eſt, extergitq; ſine noxâ quidquid in eo eſt noxiū, ſi quis tamen in ſiccâ ventriculi conſtitutione,eâ pertinaciùs utatur; in irrevocabilē tabē hominem deducet,teſte Gal. 8. de cōp.med. c. 1.

Sciunt omnes *Hyſopum optimè* conferre ad tuſſim:id quod verū eſt,ſi illa orta ſit ab humoribus craſſis pulmonem obſidentibus. At nihil poterit nocentius eſſe, ſi ea ſuſcitetur à calidâ Pulmonum intemperie; ſi è humore acri & è cerebro deſtillante,ſi ab inflammatione denique Hepatis.

Quis inficiari auſit,ad ſputi eductionem *Mulſam* maximè utilē eſſe? Ubi tamen glutinoſum eſt ſputum,quis eâ felici ſucceſſu utatur? Siquidē *Oxymel* teſte Hipp. 3. de rat. vict.in morb. acut. utpote magis deterſorium, convenientius ſit.

Deniq; ut ad cōpoſita paululùm divertamus,qs neſcit, *Theriacā* pleroſq; à quartanis invaſionib.tēpeſtivè p̄ſumptā vīdicâſſe? Quicūq; verò

verò ab initio ipſam exhibuerunt, aut omninò ante ſtatum, quartanam, quæ erat ſimplex, ſæpius fecerunt duplicem, aut omninò majorem & difficiliorẽ: ex duplici autẽ triplicem, aut omninò ambas difficiliores majoresq; reddiderunt, ita morbũ morbo addentes, miſeros ægros, graviſſimis ſimul aliis accidentibus malis, è medio ſuſtulerunt. Quod lamentantur ad huc cũ Viduâ relictâ hi, qui ſunt ſuperſtites, quorum Parentem hoc modo fœliciter curâſti.

Ex his & innumeris aliis, quæ brevitatis causâ omitto, videre licet, quantum commodi rationali Medico accedat, & conducat, ut ſimplicium exactam cognitionem habeat, & dextrum medicamentorum applicandorum uſum, ſaltem ut miſero ægro rectè cõſulatur. Nam ut ait Arnoldus de Villa nova, *qui poteſt mederi ſimplicibus, doloſè fruſtrà quærit compoſita.* Imò Gal. 4. Meth. Med. conſulit, tutiſſimis præſidiis, & quoad fieri poteſt & res ipſa patitur, naturę familiaribus perpetuò eſſe utendum.

Dum autem hiſce hactenus dictis annectit *Eupatorium*, non ſcribit quodnam ſit accipiendũ; Grçcorũ ne, vel Avicennę, vel Meſues. Cùm verò horum nullum ei cognitum ſit, Pharmacopœo id committit, hic Aniculæ.

Jam Pharmacopola officio ſuo ſatisfacere cupiens, hæſitat non contemnendâ dubitatione, & quærit ex Medico, quodnam horum trium ſit convenientiſſimum. Hic bonus inter ſacrum ſaxumque ſtans, nec ullum cognoſcens, magis cæcutit, quàm Talpa: nimirũ, ut ille loquitur, totâ luminum acie ad ingenii cuſpidem avocatâ. Unde tanquam Criticus φιλαυτίᾳ ſuâ; q. tertium cœlum incolens, Galenicorum, tanquam trivialium Medicorum, inſtar pecudum humi reptantium, curæ eſſe hæc indagare, quibus λεπτολογίαι hæ & multo ſubtiliores perplacent; ſicq; perplexum & hęſitantem relinquit Pharmacopœum. Sed ne in errore perſeveret, calumniam omnem effugiat, & periculum vitet, cùm ſimplicia, ex quibus ſua compoſita componit, non nôrit, & nihilominus ſuo ſatisfaciat officio, ſuaſor ei eſſem, ut omnia tria genera conjungeret, quemadmodum fit cum nobili illa confectione Diatrionpipereon, ut ſic cõjunctis viribus virtute unitâ fortiùs ſuam operationem perficerẽt. Tunc hoc tuum peculiare experimentum poſſet fortè ad omnes ſimili morbo detentos accommodari.

Hæc nunc *Rhabarbarum* illuſtris illa radix, ad varios, magnos & multiplices medelarum uſus vulgatiſſima ſequitur, cui natura varias

tribuit dotes; amaritudinem nempe, quâ bilioſa educit: acrimoniã, levem, quâ incidere craſſa poteſt: adſtrictionẽ demum, quâ diſſoluta roborare membra valet. Quæ oĩa cùm huic inſint, certè præſtat totam illius ſubſtantiã, quã dilutum aut extractũ, à quo roborandi vis, præcipuũ hujus munus, abeſt, exhibere. Jam ſi ſolvere leniter volumus, & tutò curare, & ex corpore noxia ſaltẽ expellere, totã medicamenti ſubſtantiã potiùs, quã illius liquorem aut extractum dare præſtat, pſertim ſi ejus generis ſit medicamentum, ꝙ roborandi viſcera poteſtatẽ habeat: quale eſt Rhabarbarum, ꝙ, teſte Meſue, & ſtomachũ & Hepar confortat, ꝙ unicè cuſtodiendũ, maximè cùm in hoc morbo id vehementer langueat. Hepatis n. caro nihil eſt aliud, quàm ſanguis coagulatus. Si n. animo cogitâris portione tenuiore exhauſtâ à calore ipſum ſanguinem craſſiorem factum, nihil aliud invenies eſſe, quàm Epatis carnẽ 4. de uſu part. ob id Hepar plus cæteris partibus adſtringentia petit. 11. Meth. qua ratione etiã non perfert hoc membrum fortia medicamenta, veluti ſplen. lib. ad Glauc. & 6. de placit. Plat. & Hipp.

Itaq; conſultius medicinã cum laude exercẽtes faciũt, q Rhabarbarũ ad bilioſa purganda & oppilationes tollendas in ſubſtantiâ, quã infuſo aut extracto exhibent. Nã præterquã ꝙ hoc modo exhibitũ membra omnia corroborat, tenorem Epatis adſtrictione ſuâ ſervat, ipſiq; robur afflat non exiguum, & ipſas fluxiones ſanguinis cohibet, affectui Dyſenterico, Cholerico, & aliis ab Hepatis imbecillitate natis mirificè convenit & plurimùm confert, ꝙ neq; extracto, neq; infuſo fieri unquam ſolet; ut quę tenuitate ſuâ bilem quidem educũt, ſed ſine partis corroboratione, quæ verè loquendo nihil aliud eſt, quàm juſtam temperiem parti reſtituere. Hoc ignorato vel ſpreto neq; is, qui ad Hydropem diſpoſitus & jam malum contraxit habitũ, ab ea præſervari, neq; is, qui jam Hydropicus, ab hoc malo curari poteſt. Dum enim ex his imperitus quidam ſuperciliosſus aquoſum extractum ducere quærit cum vehementiâ, id lucri habet æger, ut vires naturales internorum viſcerum, alioquin in ipſo languide, penitus proſternantur, & aqua ac anima unà ſimul extra corpus detrudantur.

Huic nunc ſuccedit *Mechjoacan*, à Provincia Maris Oceani in Indiis ſic dicta; quadraginta miliaribus ſuprâ Mexicum. Hæc radix Anno 1524. primùm celebris facta eſt, & longo tempore pòſt ad nos allata; præſtantiſſimum eſt remedium in morbis pendentibus à ma-

teriâ frigidâ, præparatis tamẽ priùs humoribus & viis reſeratis: unde pituitã maximè & aquas evacuat. Tutiſſimè daẽ ad drach. j. vel Drach. j.ſ. Nullius ingrati ſaporis eſt particeps, ideo iis, qui reliquas abhorrent medicinas, eſt utilis. Hæc cùm calida cenſeatur in primo gradu, & ſicca in ſecundo, ita partibus conſtat ſubtilibus, aëreis cum adſtrictione vix perceptibili, ut cenſendum, radicem hanc in extractione vim ſuam adſtringentem penitus amittere. Quãvis autẽ, ut dictũ, jecur vehementia non ſuſtinet remedia, nec copioſam vacuationem: hoc tamen habet peculiare, ut ea medicamenta expoſtulet ob viarũ anguſtiam & locorum intervalla, quibus à ventriculo diſtat, quę obſtructione liberent & ſimul corroborent. Quod & radix hęc cũ aliis exhibita benignè facere poteſt.

Ut autẽ his duobus nobis fucum fecit; ita nunc *Eſſentiam* ſuam *Eſula* in mediũ producit. Plantæ Empirico dignæ. Hęc inter *Tithymalos* meritò eſt referenda, propter ſuccum lacteum, quo ſcatet, ut non inſcitè *Tithoimalis*, quod mammam vel papillam uberis exitioſam & viroſam quis interpretari poſſet. Hujus 7. apud Dioſcorid. habentur genera, ſed plura hodie ſunt à recentioribus obſervata; quamvis à Theophraſto 9. de hiſt. plant. c. 9. tria ſaltem referantur. Hæ plantæ lactariæ omnes moleſtè & torminoſè pituitam purgant; *Eſula* in primis multorum Ruſticorũ familiare eſt Rhabarbarum, quod hujusmodi Empirici miſellis hiſce exhibent pro ſolutivo ſummè ſecreto, quo certè ſanantur & convaleſcunt nulli, ſed intereunt multi. Gal. Tithymalorum ſuccos, quibus hæc eſt ſimilis, quarto ordine calidos eſſe ſtatuit. Horum ſuccus omnium & per inferna & ſuperna validam vim purgandi obtinet; pręcipuè autẽ pituitam & aquoſos humores unà cum bile educit, etiam in exiguâ ſumptus quantitate. Ab uſu tamen, ob ejus noxam, quam inferre humano corpori ſolet, prudentes, docti & ſolertes Medici abſtinent; Medicaſtris autẽ imperitis jactabundis & audacibus relinquũt, à quibus hæc nullo modo lethalia, ſed ſalutaria habentur. Itaq; *Eſula* ſumpta concitat nauſeã, vomitũ efficit & ſingultum cauſat: ob hujus caliditatem & ſiccitatem ulcerativã, q̃ mordet os ſtomachi. Moleſtiſſima n. ventriculo exiſtit. unde & Cardialgiam, dolorem ventris excitat, ut & ipſorum inteſtinorum dolorẽ vehementiſſimũ, & torſionẽ maximã, ob inteſtinorũ abraſionẽ; viſcerũ & totius corporis inflammationẽ, ob ingentẽ caliditatẽ exulcerantẽ. Hinc ſæpè febris, unde mors. Hepatis ſtricturam & crepaturam, ob ſiccitatem ulcerativam quaſi exiccando conſtringens

Hepar,

Hepar & ulcerando crepare faciens; aliquando & mictū ſanguinolentum, ob corroſionem venarum, aut earundem ruptionem. Hiſce ſi accedat ſpaſmus, mors ſequitur ſucceſſivè.

Itaq; qui hiſce & ſimilibus hypercatharticis & violentis, ſi non venenatis pharmacis nefariè utuntur, boni Viri non ſunt, nec virtutis, veritatis & veræ Medicinæ limina attigerunt, cùm caligo iſtis pro ſole ſit; ſed in mendaciorum foro verſantes, hæc pro ſalutaribus extrudunt & proclamant. Quòd ſi in his ſcintillula aliqua virtutis micaret, aut venula Chriſtianæ ergà Proximum dilectionis in corpore ſaliret, fortè de removendo tali Amethodico & peſtifero medicamēto cogitarent, & conveniens ſubſtituerent: cùm natura parca non ſit nec manca in corporis adjumentis, ut non, niſi res poſcat, vel benigna nihil, aut parùm, proſint, extrema extremis jungamus, ac unicè caveamus, ne quidquam temerè hac in re agamus.

Verùm quia hiſce, ut & huic, ratio cum experientiâ vera deeſt, nec diſcere aliquid ampliùs, ſed diteſcere unicè cupit per fas & nefas, & id, quod in Circumforaneorum & Empiricorum ſcholâ ſemel apprehendit, mordicùs retinere & defendere vult, ſinamus, ut qui aliâs nihil, niſi quod ipſe facit, rectū putat, ſibi ſoli placeat; interim ſciat, ſe quidem Medicum eſſe, ſed Hoſtibus duriorem, qui blanditur verbis, fallit medicamentis; adulando primo intuitu placet, placendo mox tumet, tumendo contemnit, contemptu nocet, nocendo privat, & privando exenterat ſuis inprimis medicamētis hypercatharticis. Iſta enim violentiora, quæ in exiguâ exhibent quantitate, ad interitum ſæpè hominem præcipitant, ut Sanioribus notum, & nunc demonſtratum. Ideò ne in his mihi diutius ſit immorandum, non ſine ratione cum Gal. lib. 2. cap. 12. de vict. rat. affirmo, Cathartica qualitatem quandam deleteriam & venenoſam habere. Cui adſtipulatur Actuarius lib. 3. cap. 7. medicamenta, inquit, purgantia (Hypercathartica) communi quâdam generis ratione ex cenſu ſunt eorum, quę perniciem creant, atque deleteria, & noſtri venenoſa & mortifera appellant. Verùm ab his, quæ magna ſunt corrumpendi vi prædita diffident, quòd hæc eâdem quantitate, non perinde, ac corrumpentia, interimant.

Hiſce jam Methodicè examinatis, æquiſſimus Lector ſecum ppendat ſedulò, num conveniens ſit, ut quis unico hoc Hydragogo

tam

tam vehementi tres iſtas Hydropis ſpecies inter ſe maximoperè differentes curare velit.

Notū eſt omnibus Prętantiſſimis Medicis, ꝙ *Aſcitem* cōſtituat humor ſeroſus redundans in eo ſpatio, ꝙ intercedit inter Peritonæū & Inteſtina; interdum etiā inter ipſum Peritonęum & ipſam cutem eū carnoſâ membranâ & abdominis muſculis cōprehenſam. Ea tūc curatur, teſte Gal. 14. Meth. cap. 13. ubi amovetur ejuſmodi aqua ex loco, in quo p. n. redundat, latenter & apertè; in qua tamen cavendū, ne fiat aquæ evacuatio ſubitanea & pręceps, ut piculoſa Gal. & Hipp. 6. aph. 27. ac inſuper diligens adhibeatur cura, ne Epar lædatur medicamentis Cathartieis; unde vult Rhaſes 7. com. ſemper in hac ſpecie Hydropis ſummam curam habendam ipſius Jecoris. Cùm verò hanc plerumq; ſedulò comitetur fidus Achates Febris, eaq; continua, moleſta ac lenta, quæ ab initio quidem eſt de genere putridarum; ſed ꝓgreſſu temporis univerſum habitum corporis, ac ſolidas partes occupans, tandem in Hecticā convertitur, ut Exercitatis conſtat. Igitur ob has cauſas Hydragogon hoc huic Hùdropi periculoſum, ac nullo modo cōveniens eſſe poteſt. *Nihil* ſiquidē, ut inquit Seneca, *magis eſt periculoſum, quàm immatura medicina.*

Si ſecunda hujus ſpecies *Tympanitis* dicta conſideratur, tūc hęc primæ coctionis, ventriculi & inteſtinorū læſionē ſequitur, quibus partibus ob caloris imbecillitatem multi flatus contrahunt, qui recepti in ſpatio intermedio, quod intercedit inter Peritonæū & inteſtina, illud deinceps diſtendunt atq; inflant. Huic ꝓſunt inter alia, ea, q̄ leniter purgant; in primis autē q̄ flatus diſcutiūt, ac univerſo vētri calorem ac robur reſtituunt, & concoctionem adjuvant. Si verò affectio hæc majore ex parte conjungitur cum immoderato Jecoris calore aſcititio & adventitio, q magis intendit per uſum medicamētorum, q̄ per os dantur, admodum calefacientium, tunc certè à verâ methodo non deſiſtendum: utendū tamen iis, quæ flatus diſcutiant, ſed minùs calidis potiſſimùm per os datis, Jecori autē per Epithemata ac linimenta, quę immoderatū ipſius calorem temperent, ſuccurrēdū. Ex quibus nunc liquet, nec in hac ſpecie Hydropis Hydragogon hoc utile eſſe: ſiquidem Avicennas vult, ut medicamēta purgantia in hac ſpecie non habeantur infrequenti uſu, eaq; ſint lenia, maximè ſimul confortantia ſtomachum; quemadmodum in hac ſpecie ſummoperè offenſus eſt ventriculus, adeò quidem, ut ipſe videatur ſubminiſtrare totam materiam generationi flatuum.

Sed fortaſſis in tertiâ Hydropis ſpecie *Anaſarcâ*, dictâ, divinum hoc myſterium locum habebit? Cæterũ cùm ea ortum ducat à pituitoſo crudóq; ſucco, qui univerſale quoddam totius corporis œdema ꝓducit; tunc juvant, q̃ pituitẽ evacuant (ſed leniter) extenuant, calefaciũt, cõcoquunt, ac diſſipant, hoc inprimis diligenter in curatione obſervato rationali, nõ Empirico, ut ea potiſſimũ eligat, q̃quã minimè ſint violenta, & inprimis Epati nõ exiguũ robur afferant; ubi cũ his ſimul & hoc advertendũ, quòd ſi cum Anaſarcâ, ut plerunq; fit, febris ſit complicata ob ingentes obſtructiones, tunc minimè admodũ calidis auxiliis utendũ, ſed illius, quod magis urget, cura ſemꝑ habenda altero non neglecto; vel omnibus urgentibus pari ſtudio auxiliandum, teſte Gal. 1. aph. 16. Taceo plura, quæ ad hanc rẽ neceſſaria. Unde nec in hac ſpecie habebit locum convenientẽ Hydragogon iſtud, ut omnium violentiſſimum. Jecur. n. cùm ex iis partibus ſit, quæ opus habent non ſolùm ſibi, ſed omnibus aliis neceſſarium, ſicuti & ventriculus; ideo ne medicamẽta q̃d mali hiſce inferant, de eorũ robore non levis eſt habenda ſollicitudo in vacuatione, ne virtutẽ omninò proſternant & peſſundent, ut Gal. 11. Meth. unà cum ratione ſtatuit. Hinc Avic. prima primi, *cùm evacuas*, inquit, *cave ne materia tranſeat per membra principalia*.

Hæc bonum & prudentem Medicum decet conſiderare, non faſtum, non contemptum aliorum, rem minimè veram ſeſquipedalibus verbis, ſuperbiæ innitentem, auro inhiantem idioticâ prorſus infantiâ extollere. Si cordi fuiſſet Rul. ſalus Hominis; ſi doctrinæ & eruditionis ſaltẽ ſolidę mica in cerebello ei ſuperfuiſſet, cum diſtinctione ſuũ ꝓpoſuiſſet Hydragogon, nec ita nudè & turpiter inſtar Agyrtę, annexis calumniis omninò frivolis, in publico ſpectandum id proclamâſſet.

Vult Meſues, ut *prudenti Medico ſemper in animo ſit, iſtum eſſe gradum ſapientiæ, ne ad medicinas fortes deveniat, niſi ubi debiles non contulerint*, idq; teſte Gal. *cum maximâ præmeditatione faciendũ, ne temerario prorſus auſu extrema tententur*.

Rectè igitur de te & tui ſimilibus dixiſſe mihi videtur Bernhardꝰ Theologus eminentiſſimus, *fugiendũ Medicum ſcientiâ plenum & exercitio non probatum: fugiendũ Medicum ebrium: cavendum à Medico volente in te experiri, quales alios in ſimili curârit morbo*. Quid nunc diceret artis peritus, niſi id, quod Gal. 10. ſimpl. aſſeverat, *nunquã debere Medicũ uti medicamentis, quæ mortalibus noxam inferre poſſint*; vel ut Philoth. 1.

aph.

Digitized by Google

aph. quòd nempe *prava experientia in Hominis perniciem redundet.* Medicina enim (ſcientia eſt, ſi ſcire vis, Rulande, ſanandi, nõ nocendi) quę niſi omni ſuâ parte plenè incumbat in auxilia ægrotantiũ, non pſtat, quam pollicetur Hominibus opem, vel ullam miſericordiam.

Ne igitur ſtomacheris, quòd hoc tuũ Hydragogon minùs probem, vel pro Oraculo, ut adornari à te vult, habeam, ſed pro eo potiſſimùm, quod indignum bono viro. *Peritia n. facit*, ut Plato. refert in Gorg. *ut vita noſtra per artem incedat; Imperitia v. ut per fortunam temerè circumvagetur.* Quo fit, ut Medicus egeat experientiâ in particularib. alioqui non poteſt ritè mederi & operari. Hæc quidem nunc ſufficere poſſent, ejus nempe medicamenta non ſolùm vehementiſſima, ſed & venenoſitatis labe non eſſe expꝛtia. Ut verò in hac controverſiâ q̃d certi concludam, priùs mihi videtur dicendum de notione veneni, ceu de regulâ, ſcopo, & principio cæterorũ. Cũ autẽ nomina ſępè nos ducant in rei cognitionẽ, ab iis faciendum eſt initium. *Nihil intereſſe* ait Gal. 5. ſimpl. 18. de venenis loquens, *deleterias facultates, an phthartiças, an phthoropœas, an alio quovis modo appellare voles.* Prior vox etſi alibĩ ſpecialiùs accipiatˉ, ad differentiam ſcilicet venenatorum animalium virus ejaculantiũ: 6. in 6. Epid. 5. noxã tamẽ in genere notat. Poſteriores ſpeciẽ. noxę, corruptionẽ. Illo modo etiã à Gal. dicta ſũt καχύργα 6. in 6. Ep. 5. ubi etiã corruptionẽ explicat de tollẽtib' nos è medio. Unde θανάσιμα dicunt, ſeu lethalia voce generis. 1. de comp. med. ſ. l. c. 1. Id etiã *contingit purgantibus & Alexipharmacis, niſi quis ipſorũ paucũ omninò & moderatum ingeſſerit.* 6. in 6. Epid. 5. Quâ ergo in re ꝓpriè cõſiſtet veneni ratio? An veneni ratio in eo eſt, ꝙ quandocunq; datũ nocere, nũquã autẽ ꝓdeſſe poſſit? Innuit id q̃dẽ Gal. 6. in 6. Epid. 5. de pharmacis hiſce verbis ſuperiori dubitationi reſpõdentib': *Sed ob id ipſum mihi videntur Medici lethalia quidẽ pharmaca multa appellare, quorum neceſſarium auxilium aliquod opportunè fit. Deleteria verò nunquã juvantia neq; ægros, neq; ſanos Homines.* Ex quibus efficitur, illa toto genere eſſe deleteria; quę, niſi excernantur, noxam inferunt exitialem. Non n. vinci poſſunt à naturâ noſtrâ deniq;, ut corpus nutriant, quemadmodum purgantia quędam. 3. ſimpl. 24. & quantitate deleteria, ut frigida paucula ſumpta. c. 29.

Sunt autẽ rurſus alia purgãtia, quę ad corpus noſtrum venenoſi quid habent præter ſimilitudinem, quam habent cũ corporis noſtri humore ſaltem uno, quem purgant. 3. ſimpl. 24. Nec hæc vinci poſſunt à noſtrâ naturâ, ut corpus nutriant (hoc. n. juvare eſt) ſed niſi

evacuentur, corpus lędunt, non tamen adeò, ut interimant ex pſeſſo, quod venenorum pprie eſt, 5. ſimpl. 18. Eadem eſt ratio Alexiteriorū. Nā & hęc quadantenus cōtraria ſunt, nō ut venena, q adeò ſunt adverſa corporibus, ut interimant. Ibidē. Proinde ad differentiā illorū venenata potiùs vel venenoſa dicuntur propter ſimilitudinē, quam habent cum illis, quoad materiam invictam à naturâ noſtrâ, quàm venena, quę ex toto & temperamento ſeu formâ, & materiā aliena ſunt, 3. ſimpl. 18.

Hoc vult Gal. quando loquens de illis purgantibus, eis nō ſimpliciter vim deleteriam aſſignat, ſed quandam duntaxat: verba ſunt 2. de rat. vict. in morb. acut. 12. Εναντία γάρ ἐϛιν ἡ φύσις ἁπάντων τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ταῖς τῶν καθαιρομένων σωμάτων, καὶ ὡς ἄν εἴποι τις ὀλέθριος καὶ δηλητήριος αὐτῶν. Ideoq; ea non pura danda, ſed cū aliis, quæ malitiam eorum hebetare nata ſunt, permixta, & in quantitate exiguâ, ut venena, ſi prodeſſe debent. In eandem ſententiam ait lib. 3. ſimpl. 24. καὶ διὰ τοῦτο &c.

Nunc verò ex Hipp. & Meſue nunquam convincet, frequentē, nedum frequentiſſimum uſum, qui requiritur in Aſcite cōfirmatiore, Mezereonis, Pepli & aliorum ſecurum eſſe, aut venenata non eſſe hæc. Ut n. venena, ita venenata quoq; non dicuntur uſu promiſcuo, vel abuſu; ſed κατὰ λόγον ſive Empiricū, ſive Dogmaticū. 6. de comp. med. 5. gen. c. 7. & differunt à lethalibus, ceu ſpecies à genere. 6. κατὰ τόπους cap. 1.

Dum autē hic, ut & alii, occupantur, maximè in hoc laborantes, ut perſuadeant ſimplicibus, ſi *Chymicè purgantia hac præparentur, tunc tuta magis futura, & à veneno eadem vindicari.* Sed videant, ne Anticyras navigent. Notum n. eſt omnibus rectè ſentientibus, characterem venenorum eſſe lædere, ſi vel minimū (non tamen prorſus minimū. Nam & ignis prorſus minimus non lædet, aut uret. 3. ſimpl. 23. & 3. de Temp. c. 4.) detur. 5. ſimpl. 19. Sed hæc Chymica etiā in exiguâ doſi exhibita furioſè purgant per ſuperiora & inferiora, ut alia Cathartica, de quibus Gal. 3. ſimpl. 24. ita, ut ſummoperè lædāt. Ergo characterē venenorū ſervāt, & venenoſitatis expertia nō ſūt. Quare inverſo ordine putat, ab extractionib. his p eſſentias q ntas oīa venena ſegregari, aut ita alterari, ne noceāt. Nā & Chymici ſapientiores, ut doctiſſ. loquitur Libavius, extractis illis ſuis addūt eſſentias aromaticas, ut Garyoph. Cinnam: &c. olea. Fatenē ergò ſe dubitare de artis præſentiā & fide.

Quan-

Quanquam ne promittat quidem ars vera id, quod falſi ejus venditores. Sed cùm & hoc ſit inde monſtratum, & fortè indemonſtrandū de correctione ſucci Napelli Thorer &c. ipſi relinquo: & taceo quòd rariſſimè extrahant menſtruo peculiari & eſſentiali, ſed ſæpiùs vino, aquis ſtillatitiis, interdum & aceto acerrimo, aquis fortibus, ſpiritu Vitrioli, Tartari & ſimilibus, quæ, non quovis uſu, etiam ipſa ſunt tuta.

Sed & ne in his diutius mihi ſit immorandum, tunc Eſſentiam illam à corpore, ut ita loquar, ſeparatam minimè culpamus, ſi ſit ritè præparata & rectè adhibita maximâ dexteritate ad purgāda maximè corpora humana. Quam normam, ut veri Medici ſequuntur; ita nullam aliam ob cauſam corpus humanum purgant, niſi ut illud, quod gravat & moleſtat naturam, ſine moleſtiâ auferant, & eandem conſervent. Unde dexter purgantium uſus eſt, ſi talia purgentur, qualia oportet. 1. aph. ultimo. 4. Method. 3. Signa ſunt firma, ſi conferant & facilè ægri ferant com. in 4. aph. 2. ſic ut nulla ſequatur ὑπερκάθαρσις, quæ venas nimiùm reſerando Dyſenteriam interdum efficiat, ſanguinem vacuet; aut nulla ſyncope accedat, aut convulſio, aut ſingultus, aut magna virium proſtratio.

Hæc an Chymica illa, vel Extracta, quæ propoſuit, id præſtent, experiatur ipſe, ſed ſuo periculo, non alieno. Scio, hæc ſi ſemel intrò ſumpta & ducta in actum, ita naturam afflixiſſe & ſymptomatum tantam excitâſſe catervam, ut miſeri coacti efflare animam, maximè in hoc affectu; idque ei eſt, cum multorum ſalute talia exhibuiſſe.

Miſerandum autem, miſerrimum hunc hominem ad tantam inſaniam deductum, ut malit violentum ægro porrigere, unde cita mors, quam oneri tollendo blandum aliquod exhibere, quòd & ſæpè ſatisfacit, & in ejus redundat commodum ac ſalutem; aut iterato medicamento benigno iterum corpus purgare leniter, quàm unico tali violento exhibito id ipſum prorſus peſſundare; ſin minùs, ita corpus labefactare, ut priſtinas vires nunquam recuperare valeat. Quod notiſſimis exemplis multis docere poſſem, ni ſcirem hæc Lippis & Tonſoribus uſque ad nauſeam ſatis nota eſſe.

Dum ergò hic pharmaca hęc mandat literis, & laudat, quæ inſida ſunt, & minimè ſecura, nullum ex probatis & peritis inveniet unquam, qui hujus Medici veſtigiis inſiſtet. Optimis enim optima, doctis docta, probatis probata magis placent. Itaque ſoli ſibi ſervet hæc in ſui pectoris, quia palato ſuo placent, ſcriniis, nec ampliùs divulget, ne Papyrum, quæ multo majoris eſt valoris & pretii, quã quæ ſcribit, aut ſcripturus eſt, inaniter perdat. Ingenui enim Medici intentio in hoc tota ſita eſt, ut tutò curet, hoc eſt, ut 1. omninò abſolutionem operis conſequatur; 2. ſi non conſequatur, ſaltem non lædat. 3. ut vitium non facilè revertatur. Ideoq; Chymica iſta purgantia violentiſſima, etiã experta, ut periculoſiora aliis minùs efficacibus vitat, tùm nemine admonente per ſe prudens Medicus ſciat, iſta in uſum non vocanda, niſi alia nulla ſalutis ratio ſuperſit, aut dubia. Nam, tunc anceps potiùs, quàm nullum auxilium, idq ue cum magnâ præmeditatione, adhibet. Tua autem vehementiſſima, nec rectè correcta & nova, nullâ verâ experientiâ comprobata, in humano copore primùm velle experiri, eſt tecum inſanire, præſertim cùm mala experientia etiam minùs vehementium ſępè ad toti us animalis interitum terminetur.

2. *Extractum diacatholicon.*

Porrò ſi reliqua ejus medicamenta purgantia examinantur, quid continent aliud, quàm vehementia & ſumma, ex quibus ſolis, excepto *Agarico* & *Rhabarbaro*, ſuũ conficit *Diacatholicum*, (Nã hoc ſecũdo loco examinandum ſumo: quia de *diacydonio Cathartico* ſuprà dixi in myſteriis) quaſi dicas univerſale, vel quia humores univerſos expurgat; vel quia eoſdem ex corporis univerſitate trahat & educat; quaſi iſte *Novator* & *Nugator* ſuâ medicamentorum farragine, nullâ arte & ratione tranſcriptâ, omnib. fucum facere velis, divinum quid hæc ſua in ſe habere; dum multa Catholica in Diſpenſatoriis, & alibi ubique, extant benè correcta, quæ huic deſunt. Non enim omnia medicamenta, quę alvum potentiſſimè ducunt, & affatim humores purgant, ſimul Catholica ſeu præſtantiſſima ſunt; ſed quæ ſine moleſtiâ tantùm noxios & cum facilitate extrahunt. Unde vehementer tale *Catholicum* improbandum, quod

Helle-

Helleborum, Diagridium, Trochiſcos Albandaal recipit, qui componuntur ex *Turpeto*, quod Arabibus Terbeth dicitur, quâ voce phlegmagoga valentiora nominant. Certè demptis *Diagridio, Helleboro, Trochſcis Albandaal, Colocynthide* & aliis vehementiſſimis, (Nam curta huic eſt ſupellex) nihil de ejus medicamentis tam ſecretis iſti ampliùs ſupererit, niſi ut confugiat ad *Antimonium & Turpetum Minerale*, tanquam ac Aſylum, ſeu, ut ipſe loquitur, *Pharetram*, quæ *nondum vacua magnorum* ſcelerum, an ſecretorum? Inde novo, ficto & incondito nomine, more ſuo & omnium Impoſterum tales ejaculabitur *ſagittas*, quæ Toxico imbutæ ferient incautos tantâ atrocitate, ut multos peſſundent, maximè ſi medicatiunculis paucæ quantitatis ad palatum accommodatis delinitæ ab Oſtentatore hoc proclamentur in angulis, *Rulandica hæc eſſe ſecreta, tanta efficaciæ, quæ multis uſui fuerint, quæque à Trivialibus iſtis prorſus ignorentur.*

3. *Nepenthes.*

In recenſendis verò medicamentis ſuis Spagiricis, ne Graculo huic, qui alienis ſe plumis ſemper ornat, quid deſit, producit. *Nepenthes*, ſuo quidem nomine impudenter & oſtentatoriè inſcriptũ, ſed ante multos annos in 60. curationibus Paracelſi Francofurti excuſum. Hoc communi nomine *Laudanum Opiatum* quaſi medicamentum laudatiſſimum ob Opium tanquam baſin vocantur. Quo Pſeudomedicorum cohors magnâ jactantiâ, non ſolùm ſomnum conciliare, ſed & morbos quoſvis profligare, & ferè exanimes & ſemimortuos revocare mendaciter pollicetur: ac pharmacum tantum eſt adeptum apud Empiricos elogium, ut nullus tam hebes nunc Medicaſter inveniatur, qui nefariè profiteri non audeat, ſe ſingulari præ cæteris *Laudano* vel *Nepenthe* donatum eſſe: idque omnium melius is ſe habere ſæpè gloriatur, qui omnium maximè ignarus vel verſutus eſt. Unde credula nimis plebecula novorum medicamentorum avida, verborum inuſitatorũ ſubdolâ ſubtilitate pellecta, à vafris hiſce Circulatoribus decipitur; cujus grana æſtimant tot florenis, ſi non Ducatis integris, quot grana hiſce exhibent. Verùm maximè mirum eſt, unumquéq; Laudaniſtẽ, vel Nepẽthicũ, dixiſsem penè Phreneticum eò dementię

& in-

Digitized by Google

& inſaniæ deveniſſe, ut quiſq; maximo aliorum contemptu formulam hujus medicamenti immutet, necdum inter illos conſtet, quænam ſit genuina, vera ac retinenda Laudani deſcriptio, quam alii ex Paracelſo furantur; nonnulli ex Andernaco deſcribunt, cæteri ex Kekio; alii ex aliis mutuantur. Hâc tamen ingenii verſutiâ, ut aliquid perpetuò immutent, quò Authores primi credantur & habeantur. Idque & hîc factum, ut ex formulâ hac, quam appono, manifeſtè omnibus patet, potiſſimùm deſumptâ ex Paracelſo, qui eam ponit in eo libro, ubi habentur 115. curationes & experimenta.

℞. Spec. Diambr. Unc. ij. Infundantur in ſpiritu Vini rectificato quantum ſufficit, ſtentq; per aliquot dies in l. c. aut ☉, donec eſſentia & vis earum prorſus ſit extracta. Deinde ℞ Opii Theb. Drach. vj. Mumiæ electæ drach. j. Succi rad. Hyoſcyam benè inſpiſſ. ſignoque ♎ collecti unc. j incisâ & contuſa omnia groſſo modo indantur vitro stricti orificii, & ſpiritus Vini, qui eſſentiam Spec. Dijambr. imbibit, ſuperinfundatur, atque in ☉ aut loco calido exiccetur, donec materia ſpiſſitudinem & gratum odorem acquiſiverit. Deinde ℞. Corall. rubr. præp. Carab. alb. præp. ana Scrup. ij. Croci. Orient. Scrup. j. mixta omnia quàm diligentiſſimè unà cum ſuperioribus relinquātur in loco calido, donec ſpiſſitudinem extracta maſſa pilularum acquirat. Poſtremò ℞. Ambr. gryſ. gr. xiv. Moſch. el. gr. xv. liqueſiant in ſpiritu Vini atque diligenter cum ſuperioribus omnibus miſceantur, donec in maſſam redigantur, de quâ poſtea pilulæ formari poſſunt. Loco Corall. præp. poteſt addi Corall. Tinct. drach. ſ. Pro Carab. ol. Carab. Pro croco Orient. Scrup. ij. Extract. Croc. Scrup. Sem. Hactenus ille.

Hanc deſcriptionem ideo in medium produxi, ut meridiano Sole clariùs omnibus pateret, hoc Laudanum inde ſurreptum, jamque in uſu fuiſſe hoc nomine inſignitum, antequam hic morigerus bonæ Matris Filius in lucem ſit editus, qui libro non lecto ex Centone ſibi relicto nomen retinuit *Nepenthes*, ut novo hoc ſimplices circumveniret Pharmacopœos, & apud alios novitate aliquâ ſe more Adulatoris commendaret.

Recentiorum autem *Laudanata* hæc vel *Nepenthica*, olim *Opiata* dicta ob *Opium*, quod in has ingreditur compoſitiones, ab antiquioris notæ Medicis ſolertiſſimis Gal. teſte ſufficientiſſimo lib. 2.

de

plures bazios, qui accreſcendo ſane centum thaleros faciunt haud raro, accipiat. Quæ inſequuntur iactationes, mentiris ſi ex ore meo dixeris profectas eſſe. Qui mecum conuerſantur, cõteſtabuntur omnes, iactantiam & ſuperbiam longe a me abeſſe, nullumque vitium me illo magis deteſtari. Ideoque ſæpiſſime a tuo abhorrui colloquio, quod nihil niſi ſeſquipedalia, ampulloſa iactuoſe abs te effata audiuerim nõ ſine ſtomachi nauſea. Et quis neſcit tibi innatam iactantiam? Me ad profeſſionem Tubingenſem eſſe vocatum, verum eſt; nec iactantiæ argumentum, calumniator, me te & tuum collegam conſuluiſſe familiariter, quid facto eſſet opus, quidque conſultum? calumnia atrox & mendacium manifeſtum; me his machinationibus doloſis omnibus nullum emergendi ſucceſſum ſortitis, arrepto ſupplici libello in monaſteria contuliſſe, & monaſteriorum præſuli eundem porrexiſſe, vt ſtipendium intercedentibus ſimul aliis conſtitueretur. Apertum dico & repeto hoc eſt mendacium. Ne iota quidem producere potes in æternum, me vnquam vlli cœnobio ſupplicaſſe, in medicum vt me adſciſcerent. Sed quia mentiri tuum eſt, audacter & impudenter mentiaris neceſſe eſt, ne erubeſcas. Pro conditione ſupplicaui nunquam: Parentem p. m. meum mihi Ratiſponenſem olim impetraſſe notum eſt. Quibus artibus tu Græciam veneris, quibus & Neoburgum, omnibus notum eſt: nec incertum, te paſſim opulentis patientibus, te licet faſtidientibus, nõ ſemel tua ſponte te obtruſiſſe. Paſſauienſi & Bauaræ Nobilitati non ſine iactantia ſuperba commendaſti te deprædicando tuas tot Principum & Archiducum curationes; tuam multorum annorum experientiam, tuam in Botanicis ſingularem notitiam; herbulam ex Peru nunc huic Baroni, iam alii flores elegantes offerens. Mille thalerorum ſtipendium annuum tibi eſſe, quod ſereniſſimus Princeps Palatinus tibi elargiatur, in ore eſt omnium. Negas, te in viſitatione pharmacopœiæ mea medicamenta venenoſitatis arguiſſe? Negas. Cur ergo inſtitutum examen? Hoc non alia ratione fateris in cenſura, niſi vt aucupium pecuniæ abs me & pharmacopœo exercitum, medicamenta, in quibus plus detrimenti ægro quam a morbo ipſo eſſet timendum, e medio tolleretur. Nonne hoc eſt accuſare venenoſitatis? Nonne pharmacopœo formulas meorum medicamentorum, quas propterea prohibui vobis exhibere, quod inepti vos mihi cenſores & indigni, qui iudicetis, me veſtro tum collega & amico habito ſolo excluſo, deneganti reſpondiſti: ſiue edas ſiue non, antimonii & mercurii remedia ſunt. Nec eſt te inficiari id turpiter. Omnia enim loca tum perſonabant virulentia meorum medicamentorum ex ore tuo. Quid aliud contumelio-

Impudentiſſimus Obernedorferus negat ſe accuſaſſe me & mea medicamenta venenoſitatis, contrarium tamen teſtantib. cenſura & verbis in medium iam productis.

ſiſſima Præfatio tractatus tui Germanici niſi venenum, antimonium, mercurium eructat? Teſtimonium Sereniſſ. Principis Palatini te non excuſat, res enim contrarium confirmabit. Nec eſt te circumſtantiis & locis fallere velle: & his negatis negare contumelioſas voces. Literas Illuſtriſſ. Principis repeto: Fürſichtige/ Ehrſame vnd weiſe/ liebe beſondere/ Vns hat der Hochgelerte/ vnſer beſtellter Medicus, vnd lieber Getrewer Iohannes Oberndorfer/ der Artzney Doctor, in Vnderthänigkeit klagendt zu erkennen gegeben/ welcher Geſtalt er wegen verrichter Viſitation der Apotecken in Regenſpurg mit D. Martin Rulanden in etwas beſchwerliche Jrrungē erwachſen/ ſonderlich daß er Obendorfer von gedachtem D. Rulandt beſchuldigt werde/ alß ob er jn an vnſerer Tafel an Ehren angetaſtet/ vnd daß er venenata medicamenta gebrauchte/ bezüchtiget haben ſolte: mit vnderthäniger Bitt/ weil er ſich ſolcher Auflagen wohl vnſchultig wiſſe/ daß wir jhm deſſen Zeugnuß mitzutheilen geruhen wolten. Weil vns denn/ daß dergleichen Beſchuldigung an vnſer Tafel fürgangen ſeyn ſolte/ nicht bewuſt: Alß haben wir euch deſſen der Warheit zu ſteur hiermit verſtändigen wollen/ vnd zweiffeln nicht/ jhr werdet Ampts vnd Obrigkeit wegen/ vnd ſo wohl publico alß priuato reſpectu für euch ſelbſt nicht vngeneigt ſeyn/ auff ſolche Mittel vnd Wege zugedencken/ wie beyde Theyl dieſes Mißverſtandts halben auff leidtliche Wege verglichen/ vnd mit einander wider zu guten Freunden geſprochen werden mögen. Wolten wir vns auff gemelten D. Obendorfers Antregen nicht verhalten/ vnd ſeyndt euch mit dienſtwilligem Willen geneigt. Datum Neuburg an der Donaw/ den 9. Octobr. Anno 1606. Huc vſque ſereniſſ. Principis Palat. literæ. Qua arte autem calumniator iſtam emendicarit epiſtolam, coniicere non licet. Male informatum Illuſtriſſ. Principem oportuit: alioquin neutiquam maledicentiſſimum ſuum Medicum adeo diligenter excuſaſſet. Quam inſons autem a tanto Principe Magiſtratui ſis commendatus, purgatuſque, ecce Principis eiuſdem Conſiliarium non infimum, veri[illegible]e ipſammet ad me ſcribentem his verbis: Salutem a fonte ſalutis Chriſto, &c. Cum D. Zeſchlinus in prandio apud Principes honeſtam tui mentionem feciſſet, facile animaduertere potui, D. Oberndorferum parum honeſte de te & arte

NB. tua apud Celſitud. ipſorum antehac locutum eſſe. Itaque cauſſam habes, vt hominem iſtum, qui te apud Principes traducere non erubeſcit, ad reſpondendum vrgeas, niſi velis pro imperito & ignaro artis Medicę haberi. Hac ratione & exiſtimationi tuæ & arti nobiliſſimæ conſulere poteris. Audacter ipſum prouoca, præſertim cum plurimum de ſuis cōtra te ſcriptis iactitet, &c. Scripſi Neoburgi 30. Maii, Anno 1606.

Melchior Eraſmus D.

Ex hiſce

Ex his optimus Lector facilime coniiciet, non ſine technis Principis literas eſſe extortas; calumniatoris vero peruerſum animum & fucatum vertumnoque mutabiliorem haud obſcure dignoſcet: vt non opus aliis pro innocentia ipſius teſtimoniis, cum res ipſa loquatur, vt Germanico de Febre Vngar. tractatu, ita & hac apologia ſeu battologia teſtibus, ipſum nunquam non hoſtili animo aduerſus me fuiſſe affectum, nunquam non me maledicentiſſimo ſuo ore laceraſſe: ſtrenue interim inficiatum, ne verbulo me offendiſſe, meas actiones & medicaměta probaſſe. Teſtibus oculatis & locupletiſſimis, calumniator, conuictus ego iam? adeo ſtupidus? & meæ famæ negligēs, vt tuis verbis & gerris credam? vt a publica priuataque defenſione abſtinuerim? Propugnaculum chymiatriæ, quod tu cum tuo caluitio propudium indigitas expunxerim? Quibus furiis exagitatus fratrem Andream contumelioſe diuexas? tui (indigni licet) ſemper obſeruantiſſimus fuit, vt canis rabidus tamen cum rodis: ſcil. Rulandus eſt mordendus. Inuidia autem vt vmbra corpus, fortunam ſequitur. Squallidus ſi iacuiſſem; tute vero eminuiſſes exſplendeſcens, ego ab omni morſu tutiſſimus. Per me magnus eras & obſeruandus mihi, quia ſenior. Amorem mutuum compeii: ſed tempus Phariſaicum in me aperuit tuum. Quia floreſcenti inuidebas: vt exſplendeſcētem obnubilares, machinatus es has artes τὸ διαβάλλειν ψευδῶς. Hoc non tñ emerſus furis, nec deſinit ὁ διαβολίζων: medicina quærenda igitur: vbi? qualis? hic apud me; illa, quę tibi ſit nepenthes. Abſonum hoc dico & tuo cerebro perdenſum. Non autē quæ tuo ſubtili · craſſo cerebro talia ſunt, ideo talia ſunt. Febricitanti omnia ſunt amara, etiam dulcia; ſic tibi ſapientia egregie ſtulta. Clariſſ. Mentzelii teſtimonium te iuuat nihil. Eius enim modeſtia tibi imitanda & pacis ſtudium, quod in te etiam deferueſcente nullum eſt, iuſſere id edere. Non alia mente dubio procul ſereniſſ. Princeps Palat. ſuum conceſſit. Epiſtolio te meo incitatum non modo, ſed & iniuriatum clamitas: Prius hoc eſt & ſcriptum paulo poſt viſitationem improbam pharmacopœiarum. Non enim dabatur occaſio citior calumniatorem admonēdi de calumniis tum effutitis, & facto contra ius collegii admiſſo, niſi eo ipſo quod a calumniatore deſcribitur, ſcil. cum nobilis Francus Iohan. Conradus a Münſter æger in hoſpitium ad lupi inſignia delatus decumberet, & calumniatore abſente curandus mihi committeretur. Ex eo autem morbi genere non decubuit ille, quod Oberndorferus ſibi imaginatur, febre videlicet peſtilentiali, notis licet ac petechiis apparentibus. His enim adfirmatis, non affirmatur talis febris, in febricitante licet. Mendacium & hoc; Francum nobilem eius cura

Digitized by Google

fuiſſe reſtitutum: Iam enim calumniatore reuerſo, reualeſcebat. Nec poterat tum meum improbare conſilium euidentia ſalutis conuictus. Epiſtolium prius eſt hoc: *Aut ſolus cura Nobiliſſ. Dn. a Mürſter, aut tua te abdica cura; me Dei gratia ſat potente, qui curem. Si enim vobis, iure Collegii violato, pharmacopolia iniurioſe viſitare, me alto ſpreto ſupercilio, conceſſum eſt, & conſultationes, quibus me legitime vocatum arcebatis (vt ante viſitationē pharmacopoliorum, ita & poſt, iniuere conſilium tergemini iſti, Paulus Jonas Wolfius, Conſul perpetuus Ratiſp. Oberndorferus & Solfleiſchius, vel ſolus Fleiſſius, me & fratre poliatro ordinario licet, exterminatis) inſtituere, & mihi meo iure vti licebit, mederi ſcil. cum viris vere doctis & candide agentibus, calumniantes fugere, hoſtiles impetus expugnare. Nec vos prius vlla συνοίᾳ aut συμβουλεύσει (& hoc non eras denegandum: quia ante erat diremtum collegium, aſcito conſule P. Jona Wolfio medicaſtro omniſcio illo, ſi Diis placet) dignabor, quam reuocaueritis mendaciſſima conuitia in pharmacopoliorum viſitationibus & aliis effutita locis, præſentibus viris magnis & doctis; me hactenus vſum venenatis medicamentis mercurialibus. Tu Domine Oberndorfere, vir ſi es, & eruditus cœtui literario haberi cupis, publice demonſtra quod nugaris. Virum me ſenties, non calumniatorem, ſed ſolide pro tenuitate ingenii mei reſpondentem.*

Epiſtol. ad Oberndorf. prius.

Iniuriarum hoc arguit & conuitiorum calumniator? Sed quæro Lector candide, quid calumniarum inde extorquebis ex literis amici tum & collegæ, ancipitis licet animi; quia & illi ancipites potiuſque ad inimicum declinantes. Mea inſimularunt viſitatores medicamenta venenoſitatis, & ſoli me præter ius collegii excluſo examinantes: Ideo hoc ad ipſum, quia ὁμογνώμων. Oberndorferus reſpondet viciſſim: *Hui*, inquit, (hæc ſunt verba hominis pacifici) *ſatis pro imperio, vt me ab ea repellere cura audeas, quæ mihi tamen iniuncta ab Illuſtriſſ. meo Principe,* (ſcil. illuſtria illuſtres ſequuntur) *Si ſuperior illo es, impera Illuſtriſſimo vt me clementer ſubleuet ab hoc onere* (En iactantiam hominis; crepat principem & negatur hic tamen: Ergo imperium nullum a me. Futile tamen futilis hominis poſtulatum.) *Non me in vllam intrudo curam:* (ſi credere fas eſt, ideo accurrit:) *ſed vocatus accedo. Ideo ab hac tuis minis abſtrahi me non patior. Quod vero tanta perſuaſione tumes & turges* (heus tu, quis tumor ex me, in me: quis ὀργασμός? ex epiſtolio meo in æternum nō exprimes.) *Comminaris inſuper factioſis tuis verbis, & inſtar furioſi in me tumultuaris* (Qui ſana profert, & ea, quæ in defenſionem veri & famæ faciunt; is non eſt furioſus: Ego is & talia ad te amice ſcripſi, amicum licet fucatum. Ergo ego neutiquam furioſus.) Tè tumultuari eadē infringi poteſt ratione: factioſa verba meis affingis; tute factioſus calumniator impudēs) *omnemq; euomis bilem, faciam vt vel vno*

corda-

Digitized by Google

cordatum (audacem dicas & extreme impudentem) *decet, ac vim vi repellam:* (quæ vis tibi, propudium, eſt per Epiſtolium illata? verba fuere & amica; ægre ferentis licet, ideo amice accipienda. Sed tu qui Lupi tyrannide & ſodalitii eius eras circumſeptus, non niſi vim crepare poteras. Effectum modo dato. Vim vi repelle, ſi tibi illata. Sed mentiri impudenter, calumniari audacter: non eſt vim vi repellere.) *adeo vt ſenſurus ſis & me dentatũ eſſe* (tuos dentes in tranſcripto furtim tractatu German. de morbo Vngar. ſenſi, & iam in Apologia battologia morſum acutiſſimum nõ ſine veneno; quia rabioſus factus & plane in canem, ſi nõ in diabolũ incarnatum tranſmutatus) *licet aurei iſti non ſint. Si ſtomacharis ob pharmacopoliorum viſitationem, cur me & non ampliſſimum mordes Senatum?* (Senatum? tuus Lupus dentatus Senatum tum agebat, & iuſſu eius maligno viſitatum: Item tuus affinis, a quo cum collega totus pendebas. Ipſo aiente, aiebat: negante negabat vterque. Itaque Rulando in officio ſuo feliciter currenti vobis applaudentibus doloſa viſitatio obiecta.) *Cum his ſapientibus ſapienter ſentiendum: tua diſiunctio inſanis relinquenda eſt.* (Cohibe ſtomachum, ſignoir Doctor: Sapienter viſitationem inſtitutam negaui & nego: tu proba contrarium, ſi vir. Hoc enim iuris, hoc conſuetudinis, vt intelligentes, vt veritatis amantes, vt pacis ſtudioſi, vt ἀ[illegible] πολῆπλαι. vt totum Collegium Aſclepiadeum legatur. At vos tergemini, nec intelligentes, nec veritatis nec pacis amantes, quia ementitæ cauſſæ viſitationis iam liquide productæ: quia me excludendo non infimum veſtrum collegam, diremtum collegii machinati, ideoque pacem demolituri: tum quia rerum chymicarum plane ignari, non niſi vt cœcus de colore cenſere potuiſtis: & gnari, odio tamen aduerſus me præoccupati, non niſi ſiniſtre & malitioſe iudicare.

Poſterius his verbis: Ignorantia te eorum (venenorum) magna teneri exinde apparet, quod mendaciter & ruditer in pharmacopolio effutiueris, me vti medicamentis venenatis, me chymicis medicamentis hactenus [illegible] λόγεν κ, τόπον vſum. Si hoc iuſſu magiſtratus noſtri, vt innuis, enomuiſti, videlicet, me vti medicamentis venenatis, iure meo & Cæſareo eloquor & edico, magiſtratum tam mentiri quam te mentitum eſſe. Quid iniuriarum, quid conuitiorum inde extorquebis calumniator. At inſimulas tamen paucula iſta criminationis, & neſcio quorum ſcelerum. Reſponſum tuum fuit hoc, amicum nimirum ad amicum collegam lite adhuc intra priuatos pendente & componenda: *Antiquum obtines, & cælum terra miſces, titubas, inſanis, iactitas tua, contemnis omnes te excepto, ſolumque te egregium eſſe & cælitus delapſum perſuades.* (Lector attende hominis

Epiſtolium ad Oberndorferum poſterius.

ſtylum:inſanire an ſapere tibi videtur? Egone eum duxi deſpicatui? Omneſne præ me epiſtolio contemſi? Non adfui viſitationis primo impetui: Tam ex fratre quam pharmacopœo & ſynergis eius hoc habeo; Oberndorferum accuſaſſe mea medicamenta venenoſitatis. Hoc vrgeo & vrſi; ſi delatores falſi & delatum mendax, cur non ſimpliciter id negauit? Quid opus inuectiua, minis, contumeliis?) *Sis ſi es: ſed aliorum de te ſit iudicium, vt & de curatione Nobiliſſ. Domini a Münſter.* (Hunc Dei gratia ante calumniatoris aduentum reſtitui) *ſi cordi tibi fuiſſet collatio amica, cur horam iſtius conuentus non nominaſti?* (quia tuum id erat, quia ἐπιστάτης) *ſed quia more tuo agis, tecte & ſecrete ſemper, ita & nunc.* (mentiris, me ſubterfugiſſe vnquam vel tuum, vel alius boni medici alloquium) *Vidiſti qua ſcripſi, tua nullo modo; ſunt enim ſecreta profunda, nec in lucem prodire audent; ſed bonorum virorum abhorrent & fugiunt conſpectum, idque omnibus iam eſt palam.* (per annos multos vtrique fuit conſultatio amica & crebra; nec vnquam incidimus in ſecretorum mētionem vllam. Quomodo ergo in lucem non auſus prodire?) *Sic imperitia theſaurus eſt omnis mali. Hinc quo quis imperitior, eo imprudentior; idque meridiano Sole clarius in te comparet.* (Accuſat me calumniator imperitiæ & impudentiæ.) *Et ne hoc comprobem multis, veniat tibi ſaltem in mentem ſuperiorum annorum recordatio; quales rumores, te buccinatore, fuerunt ſparſi de tam ſplendidis conditionibus, a quibus omnibus tamen repulſam paſſus es?* (argumentum impudentiæ & imperitiæ: me meas deprædicaſſe conditiones ſplendidas: repulſam tamen tuliſſe: argumentum calumniatore dignum, futile futili: Tubinganam mihi oblatam profeſſionem ſine buccina memini. Quid autem hoc ad imperitiam imperitiſſime? Quid ad impudentiam arguēndam? Effrons tute repulſam eius me paſſum eſſe mentiris.) *Ea ſi hodie bonis contingunt, horum felicitati inuides, & dum nihil prætendere potes, libertatem occinis more agyrtarum.* (Inuidia in alios fortunate viuentes & agentes, in me nulla. Libertatem amo; vtinam etiamnum liber: non tamen propterea agyrta. Si libertati ſtudendo agyrtas ſequor, omnes philoſophi agyrtæ libertatis ſtudioſiſſimi. Quid te Græcio, quid Ratisbona expulit?) *Imo dum virtute vlla emergere non vales, omnes in pectus aduocas dolos & artes, inq; conuitia & probra erga bonos & doctos erumpis, eosq; friuole contemnis.* (vbi contemtus doctorum omnium ex me friuolus calumniator: Qui doli? quæ artes? calumniator es, & de te vitia iſta vere dicenda.) *Saltem vt inde magni medici nomen adipiſcaris.* (ſcilicet princeps medicus & principum Germaniæ archiater haberi cupis.) *Verum quia hæc ferenda non ſunt, ideo neceſſe eſt vt magiſtratus (cuius clemētia & benignitate abuteris) ſuam interponat auctoritatem*

una

Google

vna cũ doctis viris, tunc experieris, quam curta tibi ſit futura ſupellex, & quam durum tibi erit aduerſus veritatem pũgnare. (O minacem hominem: magiſtratus benignitate abuſus ego? Meum ſemper feci, Dei auxilio, officiũ, nouique, te præ ſuperbia ſtulta omnis iugum excutiente, meum venerari magiſtratum. Noui & me meo modulo metiri te præalta ſpirante.) *Et ne longis ambagibus hic noſter ſpacietur ſermo, dicam quid res ſit, δοξοσοφίαν nempe ita animum tuum occupaſſe, vt omnes etiam doctiſſimos præ te contemnas, hocq; tibi iam proprium eſt ac perpetuum & inueteratum, & certiſſimum ſtultitiæ malum.* (Si hoc non eſt calumniari, equidem ignoro, quid ſit calumniari: Quem eruditorum hactenus contemſi calumniator? In comitiis 1603. *En thraſo tuus, doctiſſimorum virorum probatus contemtus & totius Belgii.* in corona Illuſtrium pranſus & ebrius de Medicis excellentioribus incidente ſermone, & quodam, Belgium hoc tempore excellentiſſ. medicos alere: tu vt es impudentiſſimus, Scheibium tuum & tete turpiter aliis præferre, & Belgii medicos aſinos eſſe. Illuſtriſſ. & Doctiſſ. Dn. a Bucholtz ſereniſſ. Electoris Colonienſis Legatus primarius os impudens tuum & effrene indignatus: Quid? Belgio nulli excellenter docti Medici? aſini omnes? Tu indignus, qui eis ſoluas corrigias calceamentorum. Idem te ab eo tempore odit.) *Tu vero mala conſcientia ſtimulos geris in pectore; hæ furiæ, hæ faces, quæ te exagitant. Interea egregie camarinam moues, vt crabrones irrites, aduerſus hos, ſi tibi eſt aliquid ſecreti, cum naturam venenatorũ, vt ex conuocationibus tuis apparet, inepte didiciſti, iam me tacente noſti quid agendum.* (Furis calumniator. O ſi tibi tam bona conſcientia, quam Dei gratia mihi! Nihil terroris mihi incutis iſto fulmine: brutum id eſt. Conſcia mens recti famæ mendacia ridet. Tam mihi bene conſcius ſum calumniator, vt ſi non adeo enormiter calumniatus & mentitus fuiſſes, ne genus quidem tibi reſpondiſſem. Sum qui ſum, & Dei gratia bonitate, honeſtate, & pietate laudatis & probatis viris perſpectus. Calumniatores curo nihil. Sunt enim filii Diaboli, nihil non arrodentes. Interim nec affirmat calumniator, nec negat in vtroque reſponſo, ſe accuſaſſe meam medicinam venenoſitatis: ſed iam ſorex ſuo indicio perit, dum; ſi tibi aliquid ſecreti, &c. Et harum debacchationum, opprobriorum, calumniarum, minarum finis nullus. Res ad Senatum Ampliſſ. per calumniatorem defertur. Ad ius trahor, examinor rigide, vexor miſere. Deus bone, quas crepabant minitationes minitabundi tergemini Geryones. Deciſio cauſſæ pendet diutiſſime, calumniatoribus interim impudẽter obtrectantibus tam publice quam priuatim, ſtruentibuſq; mihi omnis generis inſidias doloſe, ab internecione ne abſtinentibus; ſclopeto ſemel atque iterum ſclopetarius me inuadere & globulo tranſuerberare moliebatur, ni a bonis fuiſſet

de l. a. c. 2. Aetio lib. 2. de ſig. & cauſ. diut. morb. c. 12. inventa ſunt ad ſævitiam dolorum leniendam. Nam cùm dolor ſit triſtis ſenſus naturæ gravis & toleratu moleſtiſſimus, humores variè exagitat, ſanguinem corrumpit, febrem accendit, & quod omnium deterrimũ, vires ita dejicit, ut cogatur interdum Medicus rationalis & prudens morbum reliquere priorem, & ſævo huic ſymptomati his præſidiis opem ferre, quæ licèt morbi cauſam non tollant, ſenſus tamen ſepeliendo vires ſymptomatum acerbitate jamjam labaſcentes, ſi dextrè uſurpantur, animum ſimul, adeò reficiunt, ut poſtea vegetiore conatu morbificam cauſam faciliùs extrudant.

Hoc callidè animadverterunt Empyrici hi ipſi quoque ceu Rationalium ſimiæ, & quia palato magis, quàm veritati & ingenuitati ſtudere ſolent, adhibuerunt. Id dum uni vel alteri maximoperè profuit, mox tantâ famâ per aures percrebuit, tantumque inde acquiſitum nomen eſt Buccinatore tàm impudente, ut pro novo invento ſuo & divino habitum ſit prorſus remedio, omnibus quaſi morbis medelam ferente. Unde celeberrimus & Imperatoribus noſtris digniſſimus Medicus *Johan. Crato*, quem meum Præceptorem & Fautorem ſemper agnovi, non inconcinnè id primus *Nepenthes* nominavit. Hunc imitatus animal hoc, ne fraus à ſimplici plebe deprehenderetur, ſed ſingulare quid haberetur, quo eandem magis circũveniret, *Nepenthes*, ut inuſitato adhuc apud Pharmacopœos vocabulo nominavit. Quod tamen, *Nepenthes* tantum valet, quantus eſt is, qui utitur. Id ipſum & *Narcoticum* mihi nominare licet, eò quòd νέκρωσιν quandam ſeu mortificationem afferat. Nam in juſtâ quantitate exhibitum, priùs tamen purgato corpore, motum humoris compeſcit, & ſenſus omnes ſtupidos reddit. Impuro autem corpori ad grana ſaltem iv. vel v. exhibitũ ita ſedare ſolet omnem dolorem, ut miſer æger ſomno oppreſſus tã profundo, ut χάλκεον τὸν ὕπνον dormire cogatur.

Eodem modo & *Anodynum* (ſi ludendũ vocabulis) à Pharmacopœis non priùs visâ aut ignotâ deſcriptione inſcribi poſſet, quòd dolorem ad tempus mitiget & ſedet. Hic enim genuinis vocabulis non aſſuetus, nec iis inſtitutus hiſce ludit, geſticulatur, &

L nomi-

nominat, ut vult, modò egregiè decipiat. Quæ tamen ut Anodyna non ſunt, ita nec hæc unius generis. Nam alia vocantur Paregorica ſeu lenientia, quæ temperata ſunt, & noſtro ſimilia calori, vel parùm συμμετρίαν excedentia, quæque tutò ſumuntur & admovẽtur, ut Hydræleum, Ol. Amygdal. dulc. &c. Alia Allęotica, quæ cùm lenientia ſint, ſedant quidem dolorem,, attamen oppoſitâ qualitate, ut Ol. Roſar. vel violar. ad dolorem moderatè leniendũ: Nenupharinum ad impensè calidum, Laurinum vel Anethinum ad frigidum: ita Narcotica hæc ſunt, quæ ſenſum ſtupefaciendo dolorem auferunt, non tamen ſine periculo. Unde horum uſus temerè, quemadmodum hic & ejus ſimiles facere ſolent, ineundus nõ eſt, cùm pro ratione boni vel mali uſus proſint vel obſint. Nam ſine ratione unâ vice, teſtante experientiâ, uſurpata hominem ſæpê tollunt. Sin minus, in naturis etiam valentibus crebrius, ut fit ab his, adhibita vim ſuam exerunt, tantâ efficaciâ, ut calorem partis extinguant, nervos reſolvant, unaque ſenſum & motum adimãt, & ut priùs etiam dictum, teſtante ſimul etiam Gal. lib. 5. ſimpl. med. c. 18. quantitate paulo majore aſſumpta hominem interficiant, ita ut pro ſomno conciliando profundiſſimus ſopor, ſtupor & inexpugnabilis dormiendi neceſſitas, & interdum interitus comparetur, quo ſtupidus & ſomnolentus æger ſuam vitam finiat. Præter enim qualitatem Elementarem, quâ refrigerant, aliam habent calori nativo inimicam & deleteriam, niſi, ut ſæpiùs jam dictum, exiguâ quantitate ac debitè apparata, & quando convenit ſumantur.

Quòd autem ejus uſus tutus ſit apud Mauritanos & Aſiaticos populos, qui *Amſium* & *Oſium* id vocant, ad incitandos animos & erigendas corporis vires, innoxiumque eſſe remedium quidã ſcribant, tribuendum id eſt varietati Regionum in quibus colligitur, aut artificio, aut neceſſariò quid aliud eſſe. Quod enim *Thebaicum*, idque optimum & præſtantiſſimum dicitur, ut vult Gal. ex Cairo advehitur, albicatq;. Ex Syriâ, Alexandriâ, & aliis Regionib. allatum nigrum & minùs bonum. Quod ex *Cambaja* affertur ex prægrandi papavere, Carax illis dicto, manat. Cujus ſcil. capita ſingula Ovi Struthiocameli magnitudinem æquant. Unde minimè mirum, ſi ex his, cultello læſis, ſucci dimanet ubertas, Ex aliis locis aliud colligitur, ut ex albo Papavere vulnerato optimum haberi *Opium*, recentiores aſſerunt. Hæc autem *Opia* omnia frigida ſunt & Narcotica, unde

de

Digitized by Google

de extrinſecus ſaltem illita hominem ſomnolentum, ſenſusq́ue omnes hebetes reddunt in tantum, ut pileo his illito capitique deinde impoſito Hominem in profundum ſomnum ſæpiùs conjiciant, ſi non eundem interdum penitùs opprimant.

Longè itaq; aliud id eſſe neceſſe eſt, quod Turcas ad pugnã reddat alacriores, ut tanquam Ebrii vel Amentes ad pericula quævis minùs formidoloſè ſubeunda ſeſe præcipitent, inq; medio Hoſtiũ agmine, ut Viros ſtrenuos decet, ſeſe animoſè præſtent. Horum enim *Maslach*, quod nomen ſine dubio ſumpſit ab Hebr. שלח erravit, ignoravit, oblitus eſt, Opium eſſe non poteſt, dum ſumentes hoc ita errent, ut neſciant, quid faciant. Ex timidis fortes redduntur, omnem rationem exuentes, optimorum Amicorum ſæpè obliviſcuntur; imò dũ ſobrii placidi, mox hoc hauſto furioſi prorſu in eos non aliter ac in hoſtem ſæviunt: Quod *Opii* non eſt, ut quod ſemper ſomnolentos, pacatos & tranquillos reddat.

4. *Tinctura Rheubarbari.*

Vel hinc colligere facile eſt, quàm abſque ratione pleraque, ſi non omnia, componas. Qui n. cum ratione agunt, ſciũt Rhabarbari uſum præcipuè eſſe hodiè in expugrandâ bile, h. e. calidis ferè morbis. Bilis enim redundantia, aut calidos actu parit morbos, aut poteſtate. Hoc conſilio pernicioſum eſt extractum *cum ſpiritu vini*, præſertim *malvatici*: magis *Tinctura*. Quis enim auſit dare in febre Tertianâ, nedum aliâ bilioſâ? Quomodo ergo Rulando innoxius ejus uſus? Si nihil ipſe hauriat: quicquid fiat ęgro, duplici calore, imò triplici, *Rhabarbari*, *Subſtantia aërea*, *ſpiritus*, *malvatici*, *etiam* dulcedine noxii. Excuſat *vinis medicatis* fruſtrà. Noxium enim id quoque eſt: certè ſuſpectum in eis caſibus præcipuis. Cæteri enim quaſi accidunt. *Acrimonia*, ſignum ſpirituoſi & penetrabilis caloris, *corrigitur negata vini Malvatici ſpiritui*, quâ inſaniâ? ſi nulla ei: ad quid *correctio?* Et quid eſt in *roſarum pallidarum Ecchyloſi*, quod *acrimoniam retundat*? Quomodo hæc inſuavior, quippe amariuſcula, *ſuavem gratúmque ſaporem ſpiritus illius* (ſic enim explicat *acrimoniã* ineptè, videl. id quod ad tactũ magis pertinet, ad guſtum convertendo) in *planè ſuavem pergratúmque* mutabit? Si quid præſtant *roſea*, frigiditate præſtant & odore. Illius causâ plus proſũt aquę deſtillatæ, pręſertĩ Cichorei, Endiviæ, ſerũ lactis in infuſion. etiã

L 2 ut

ut teſtatur artificum ratio exemplumque. Odoris cauſâ iidem elegerunt, præcepto Galeni, ob orificium ventriculi, ſpicæ, cinnamomi, Sem. aniſi &c. parum. Videt jam cur deſideremus *ſpecam* in iſtâ *Tincturâ*. Quare *ſtimulum* aut *calcar* ſibi reſervet. Nos enim, ſi opus ſit, in Medicinâ, malumus pro uſu alio atque alio Rhabarbarum dare in ſubſtantiâ (ſic enim fortiùs purgat) aut doſin augere in infuſione, aut decoctione. Loquor autem de caſu, in quo Rhabarbarum præcipuum habet locum: ut non neceſſe ſit tranſire ad aliud genus. Si tamen tranſeundum, cum ratione, ut jubemur à Galeno 3. Method. 2. & Hipp. 2. Aph. 52. faciendum.

5. *Extractio Aloës ſpecifica.*

Quod *Extractionem Aloës*, quam *ſpecificam* vocat (ineptè, quia catholica potiùs eſt, ſi, ut ait, *omnia benigna habet*, aut, ut corrigit, *benignorum optima*) & omnibus excellentiâ præfert, & Roſatæ Aloës, tantoperè commendatæ à maximis Medicis, nominatim; ſed abſque mentione ullius morbi &c. ut ſemper videatur ſingularis, tantoperè laudet, meliùs id ſciunt Sapientiores, nôrunt, hoc ignorante, eam uſitatiſſimam eſſe Romæ, cujus deſcriptio hoc modo ſe habet:

℞. Aloes ſuccocitrin. opt, lib. j. extrahatur cum aq. Endiv. & miſceantur ſimul & incorporentur.

Deinde ℞. Succi Cich. Succi Bugloſs. Borrag. de Lupulo, de Fumariâ, de Roſis incarnatis, de uno tantum, quantum de altero, ut ſufficiant ad incorporationem, unum poſt alterum ſumendo, & hoc fiat in Sole, Menſe Majo.

Deinde *℞. Rhabarb. elect. pulv. Unc. ſ. Agarici troch. drach. iij. Cinnam. craſſo modo contuſi drach. ij. infunde hæc omnia in infuſ. Aq. Endiv. & Vini albi parum & mel. roſ. Stent in infuſione per noctem: manè fiat expreſſio, cum quâ miſceatur Aloes, & fiat una Maſſa. Detur drach. j. in debilitate ſtomachi, cum dolore capitis.*

Hæc eſt genuina hujus *Aloes ſpecificæ* deſcriptio, quàm ſatius feciſſet, incorrectam ſi reliquiſſet hic omiſſis ſuis eſſentiis, omninò non neceſſariis, & prorſus inutilibus aliis.

Verùm

Verùm cùm Italicos Medicos, atq; eos, qui hoſce, ut præclara lumina ſedulò audierunt, pro Bacchantibus, more ſuo loquendo, habeat, & Ebrius acerrimè in eos invehat (ex quo vitio omnis immodeſtia, intemperantia perdita, inſolentiaq; intoleranda naſcitur) cõdonandum & hoc furioſo, ut cui Thymiamata hæc Romana fœteãt, ſua, ut opinatur, fragrantiùs ſpirent, amabiliùs recreent, feliciùs expetantur, ſalubriùs ingerantur: cætera *ſtercora Galenica* ſint & ſordeant impuro huic Homuncioni. Sed quid Sui cum Amaraco? dum κίττᾳ laborat, cui lutum & carbones in ſummis ſunt deliciis, cui torpet mens inſcia recti & veri, qui volatilis & arſenicalis auræ ſuffitu recreatur, cui meritò relinquendum ſuum caput mortuum, ut & Tartarum, aliaq; ſimilia Tenebrionis idola.

Mihi cum ſanioribus Præceptoribus meis Italis, Viris probatis & doctis, quos veneror, & meritò ad cœlum usq; tollo, ita ſentiendum, ut his optima quæq; & ſalutaria unicè placere dicam. Quorum veſtigiis ſi degener hic pyrgopolina (utor n. ipſius verbo inepto pro pyrgopolinice) inſtitiſſet, atq; medicinam veram diligenter didiciſſet, non aberrare in artis operibus potuiſſet; medicamenta verè divina, quæ pro pudore ſuo *ſtercora* vocat, ei cordi fuiſſent, ac nunquam ad tàm periculoſa (licet ipſe ſola βοηθήματα dicat, & ſemper fuiſſe in omnibus ſuis curis, contra evidentiam eorum qui, ipſomet teſte, perierunt, impudenter glorietur) deſcendiſſet, ut quæ ſemp pollicitationibus multis & magnis, non ſine artis ſuędedecore, opus habent, ne in leves evaneſcant fumos & auras. Furni enim Chymici (de Pſeudochymicis loquor) ut hoc tempore multis magnas pariunt divitias; ita ſemper indigent Præcone bono & vafro Artifice, qui variis technis, promiſſionib' aureis & compoſitis verbis à credulis uberrimum abſtruſâ & reconditâ ſuâ arte extorqueant lucrum: ſed ad tempus. Si in his minùs exercitatus eſt, ſæpè cum numeroſâ familiâ panem atrum ex jure heſterno vorare cogitur. Sed ad ea, quæ reſtant.

6. Re-

Digitized by Google

6. *Reſina Cathartica.*

Recurrit peccatum in *Tinctura Rhabarbari* non notatũ. Quis n. omnia notet? Eſt id, Doſis ſingulorum non expreſſa: fortè,ut peccata non pateſcant. Miror autẽ cur *reſinam* poſt *ſublimationem* dicat,& *purgandi* vim tribuat. Aſcendit enim, ut etiam diſpenſatoria Noribergenſe & Auguſtanũ teſtantur, oleum poſt aquam & ſpiritũ, relicto in fundo cum colophoniâ, *Diagridio* & fortè etiam *opoponacis* vi purgante. Conſiſtit n. ferè in terrenâ quâdam ſubſtantiâ, quàm chymici vocant ſalem. Argumento ſunt extracta, infuſa, decocta, Tincturæ ſeu Elixiria; quę ſi ſublimentur, vis purgans in fundo manet. Qua propter ipſemet deniq; *abſtergendi facultatem reſinæ ſuæ* tantũ dat. Quod ſi impuritates animi ipſius,quas maximas eſſe neceſſe eſt, quia os nihil aliud loquitur,abſtergere poſſet, præclarè ſibi aliiſque conſuleret,ſi quotidie & ſæpius aliquid inde ſumeret: niſi in deploratis eſt,quod vereor ob Fortunam,impudentię & audaciæ non raro adjutricẽ;ſecundũ illud: *Audentes fortuna juvat.* ſed revereuter habeat, ſi poteſt. Nam----- *tolluntur in altum*

Ut lapſu graviore ruant.

7. *Spiritus Catharticus.*

Etiam hîc, haud dubiè conſcius venenatorum,à ſe uſurpatorum remediorum,à nullo unquam accuſatus, nihil aliud crepat & vociferatur,quàm excuſationẽ veneni. Ut autẽ ſuũ *ſpiritum Catharticum* meliùs excuſet,in medium affert hanc deſcriptionem:

℞. Diacarth.recent. diſpenſ. Unc iij. Spirit. Vini Malvat. q. ſ. F.l. à ſpiritus Catharticus filtrationis, & circulationis operâ.

Genuinus verò, quo hoc in loco hic uſus *magnarum virtutum*, ut ſesquipedalibus loquitur verbis, *earumq; tutarum*, prorſus deſcriptioni priori non convenit: quæ,ut ejus teſtatur manus, quã negare nõ poteſt,hoc modo ſe habet:

℞. Colocynth. Unc.ſ.
Agaric. Troch.
Diagrid. (Recens,vel antiquatum, Si recens efferum: ſi antiquatum imbecillum & trominoſum)
Helleb.nigri.
Sp.Diarhod. Abb. ana Drach.iij. (Bella mehercle correctio)
Radic.Mechoa. Unc.j.

In

Incide & contund: miſceanturq́.

℞. de iſto pulvere Unc. j. ſ. Spiritus Vini optimi & circulati Unc. vj. infunde ſimul, & ſtent in loco calido per triduum, deinde exprimantur fortiter.

℞. infuſ. expreſſ. q. ſ. & infund. ſpec. ſuprascript. Unc. j. & infund. per triduum vel quatriduum.

Tunc iterum exprimantur, & reiteretur infuſio expreſſa cum reliquis ſpeciebus recentibus, & ſtent per quatriduum aut diutius, ſi tibi viſum fuerit. Colatura expreſſæ doſis eſt à ſcrup. ſ. ad ſcrup. j.

Hujus ſpiritus Cathartici deſcriptio cum impreſsâ typis nullo modo convenit, nec cū operatione, quæ & nimis vehemens eſt, ideoque ſuo etiam judicio indigna quæ, lucem adſpiceret. Quid putabimus factum in cæteris? ſi negas, fides non habetur. Hoc n. lucri habent mentientes, ut etiā vera fortè dicentibus non amplius credatur, teſte Ariſtotele.

Sed viro bono mentiendum nunquam, quia mendacium ſemper aut fallit, aut nocet. Unde præſtat ſcire hanc potiùs, quā experiri. Hęc n. vehementer Cathartica naturę noſtræ qualitatem adverſam habent, & penè deleteriam, ut Actuar. lib. 3. c. 7. loquitur; qua ratione vincere, nō vinci nata; habētq́; talia medicaméta omnia purgans q̄dpiam, ipſi p̄cipuè ſtomacho infenſum & ingratū. Idipſum veritus hîc potius hanc, ut & paternā, quamvis aureā ſpiritu vinę, ſuppreſſit, & in ejus locū ſubſtituit aliam vi pręcipitē, conſilio expertē (ut ſuprà oſtēdi ad Tincturā Rhabarbari. Eſt n. par ratio: licet excuſare coneris diſtinctione ejus q̄ *ſimpliciter* & *quod relatè*, q. nō omne medicamentū ſit ad aliquid) aliter ſcribens, aliter medicans, & nihilominus in errore pertinaciter perſeverans: hoc unicè agens, ne fraus deprehendat. Exceſſus certè horū vehementiū medicamentorū, inprimis Colocynthidis, periculo non vacat. Abradit n. hæc Inteſtina, & oſcula venarum aperit ad ipſa pertingentia.

Vidi ante annos circiter 30. in Illuſtri Dn. Dn. Danberg Pręfecto in Regenſtauff, laborante Colicâ, qui ſuaſu cujusdā Empirici in vinū injecit dimidiū pomū Colocynth. vinoq́; hauſto parū ſaltē ad movendā alvū, inde nō ſolū merū p̄fluxiſſe ſanguinem; ſed deinceps per totam vitam imbecillitate Inteſtinorum laboraſſe.

Me-

dicare, falſa præſertim, & cum irriſione audientium imitari Militem glorioſum. Anne tu melior *Medicus es, quia S. Majeſt. Cæſ. mederis*? Qui cum ratione judicant, honoratiorem aliis te agnoſcunt cum Galeno l. 9. de plac. Hipp. & Plat. c. 6. *Apertum eſt*, inquit, *Medicum, quà Medicus eſt, corporis ſanitati conſulere. Quà verò, ob aliud quid, hoc agit, aliam habiturum eſſe appellationem: quippe cum nonnulli lucri causâ medicinam exerceant &c. gloriâ alii & honore allecti. Hinc alius ambitioſus, glorioſus, quæſtuoſus appellabitur. Finis autem medicorum, quatenus Medici, minimè eſt (ut Menodotus Empiricus ſcriptum reliquit) glorioſus, aut utilis. Sed ipſi Menodoto talis fuit: Diocli verò nequaquam, ſicut neque Hippocrati, aut Empedocli, aliisque compluribus veteribus, qui humanitate & benignitate medebantur.* Fortunæ ergò hoc eſt tuæ, Rulande: cui quantum tribuis, tantum detrahis ſcientiæ Medicæ. Veriſſimè enim Ariſtot. ait: *Ubi plurimum eſt fortuna, ibi minimum prudentia.* Sed hæc ſuperant captũ tuum. Cerebrum enim, ut dixi, tibi non eſt in ſummo, ſed imo.

Tuâ porrò *medicinâ nuſquam gentium ullum mortuum* ais. Quæ confidentia & quàm abſurdiſſima perſuaſio, quæ imperat homini huic imperio gravi? Adeò faſcino ambitionis infatuatũ te cordati habebunt abinde, ut neque ſenſu communi pollere, ſed infirmitate intellectus laborare te, credituri ſint.

Si id præſtas, quemadmodum fabularis, non homo, ut humus, ſed DEUS es. Ineptius nihil, quàm omnium ſenſu falſiſſima effundere. Tu, ut Medicus, multa quidem garris & promittis; quod, ut Flaccus ait, *Medicorum eſt*, ſcilicet imperitorum, qui omnia poſſunt & ſciunt apud indoctos; ſed unà cum iſtis aut nihil eorum, quæ promittunt, efficis, vel parùm juvas: omninò autem lædis, ſi non ſubitò jugulas.

Recordare parumper ſolius *Schrenkhii*, *Mercatoris Ratiſponẽſis*, qui ſanus tuo cõſilio purgare ſe ſolùm volens, ante tuam ſumptã medicinam quinq; exaravit adhuc literas; paulò pòſt hauſto tuo pharmaco, nondũ horâ unâ elapsâ, in ſellâ eum ſuorũ omnium luctu ſubitò ad ſuperos tranſiit, & quidem te præſente & adſtante, bone Vir. Taceo aliorum.

Sed fortè nunc in horto tuo ſecretiore, qui in Utopiâ eſt, peculiarem plantam iſtam excellentem Inmoth vel Nezach Moth, vel hanc, quæ ab aliis Meth Moveth vocatur, inveniſti, vim vel differendi vel propellendi & vincendi mortem habens, ut tantoperè inflatis buccis glorieris & triumphes; *nuſquam gentium ullum tuâ medicinâ mortuum.*

N Im-

Imperitiam verò tuam, & maledicentiſſimam calumniam in Catalogo contexendo eorum, qui hîc & alibi in Domino Naturæ lege & Opt. Max. inevitabili decreto placidè obdormivêre, manifeſtè prodis, quòd Virum Conſularem, Patricium, verè bonum & candidum, à Gente Suevâ cognominatum, de te & tuis benè meritum; inprimis autem de totâ Republ. Ratiſponenſi, (ut & ejus Parẽs, Avus, Proavus, Atavus, ultra trecentos annos) *Sulphureum* indigitas, inſulſiſſimus omnium, Grammaticorum rudiſſimus, dign' profectò, ut more *Beanorum* vel *Aſinorum* loris vel fuſtibus cædaris.

Exhorreſco audaciam impiam, & effrenem tuum, inconditum, & barbarum, imo prorſus Sathanicum boatum & rugitum, quando ſcribis, *Moroldum, Portnerum, Speidelium*, Viros de Repub. tam præclarè meritos, cum gemitu & dolore Principum & urbium hac vitâ functos, (in quib. domicilium habuit Spiritus ſanctus, & mens immortalis ipſa ad imaginẽ Dei condita) *excæcaviſſe animas*. Indoctiſſime Medice, inquinatiſſime omnium corde, voce, ſtylo: inſimul pudeat te petulantiæ, mendaciorum, maledicentię, Chriſtiano homine, qui eſſe cupis, indigniſſimæ. Quis unquam Barbarorum immaniſſimorũ, vel ipſe Alcoranus Mahometicus ita acerbè & ſceleſtè, imò prorſus impiè locutus? Quorum curationi ego partim non interfui, ut longè abſens, partim ſi, non ſolus.

Cur ergò Mendax me ſolum, cùm res longè aliter ſe habeat, ut tu mẽtiris, publicè accuſas, præteritis cæteris ſicco prorſus pede hos, ſi Vir bonus eſſe cupis, ſimul & collegas mihi adjunge cum formulis remediorum, non in angulo, ſed publicis pharmacopoliis præparatis & adhuc extantibus, experieris tunc, eos non dente Theonino, vel aureo tuo jam artificiosè tibi evulſo, rodere velle alterius bonam famam, ſed ipsâ veritate convincére, te omnium eſſe mendaciſſimum, nec dignum ampliùs conſortio bonorum.

Porrò, Rulande, Medice inſane & temerarie, quis Rhadamãtum te fecit, quando defunctum *Jonam Paulum VVolfium*, Virum Reipub. (in quâ tu ex egeno factus es locuples) noſtræ primarium, doctrinâ, eruditione, famâque longè lateque celebrem, & abinde Imperatoriæ Majeſtati, Dn. noſtro Clementiſſimo, dum viveret, cõmendatiſſimum, qui in verâ & ardenti invocatione Filii Dei animam Creatori ſuo reddidit, non ſolùm *in Stygiâ palude hoſpitẽ* facis, ſed etiam nefariè & atrociter (ſuperſtitem familiam, Agnatos, adeoque totum Ordinem Senatorium Ampliſſimum Imperialis Ratiſponæ;

ponę;imò ne Deũ ipſũ veritus) ſanctos ejus Manes laceſſis & proſcindis traducendo,fuiſſe *Lupũ rapacẽ*, & in profligatiſſimorum conſortio pœnas infernales luētiũ,plus quàm Sathanicâ audaciâ collocas?ô ingrate,ô effrenis,ô amens,audax,effrons,excors,impudens os & canis! quis Nilus,Iſter,Rhenus,aut Albis cluet tibi hanc enormẽ culpam & æternum dedecus?

Inſultare mortuis non eſt ſanctum,dicit Homerus Gentilis. At in Domino piis uſq; derogare omnẽ vitę honeſtatẽ,quo piaculo dignũ ſcelus eſt?O Parręcione calumnioſior,Sycophãtã pejor, Sathanę ſimilis! Jam mortuis prȩclaris Viris,quorũ aſpectũ ferre non potuiſti,nec eorũ aliquos cognoviſti,ut Lepus inſultas,fœda omninò animalia imitatus,quę ut cadaveribus delectantur; ita tu invide & malevole Hypocrita inſectatione mortuorũ tã piorũ. Tu Ethnicorũ calculo execrabilis es,nedũ Chriſtianorũ, qui nôrunt ex ore veritatis Ezech.18. Qui calumniat' eſt & vim fecit Fratri ſuo,morietur in iniquitate ſuâ. Et ero teſtis velox maledicis,minatẽ Jehova tibi apud Malach. 3. Damnabilis proinde es,niſi reſipiſcas. Malũ tuo imminens capiti, limini acquieſcens ad Stygiã paludẽ,ut juſtas expiaris impietatis ſummę Sycophãtię nefarię,& maledicētię execrabilis pœnas,jamjã te expectat. Et cũ Filius æterni gaudii eſſe nolis,ſis damnationis,ut opera tua merentur. Nã ut feris,ita metes. Heu neſcis,quæ ad Orcũ ſit ultio! Hactenus ad tuas.

Quẽadmodũ autẽ nihil magis eſt volucre, nihil faciliùs emittitur, nihil citiùs excipitur,latiùs nihil diſſipatur obtrectatione inſidioſâ,quod & fex calumniatorũ & ſcõmatum ejaculatores optimè nôrunt,dũ in omnibus oſtendunt crudelitatẽ ſuã & odiũ, quod in mortale genus habẽt,& invidentiã;imò falſa crimina intẽdẽdo in hoc unicè incũbunt,ut ſcienter & malitioſè ſtudio divexandi & infamandi improbè de aliis loquanẽ,ut inde ſemper aliquid hęreat:Ita ſcio te, *Rulande*, huj' farinæ Homuncionẽ non eſſe infimũ,ſed vitioſę criminationis,quę ex malignitate & obtrectandi petulantiâ naſcit,maximè ſtudioſum.

Quamvis autẽ hactenus nõ ſum ſolitus pro calumniis & maledictis calumnias & maledicta rependere,optimèq; nôrim, quod ingenia muliebria intellectus imbecillitate & mentis inflatione laborantia & turgeſcentia nõ aliter, quã leni curanda ſint & mitigãda ſermone ac pharmaco; Veruntamẽ, *Rulande*, cũ ex literis jã ſępiùs nominatis plùs tã famoſis,ad Fratrẽ Andreã prȩterito anno datis, & calcẽ ſcripti tui, ...tis modis mõſtroſiſſimi, ac tantũ nõ ſingulis lineis nœvo aliquo

polluti,(ut demonſtrare facile eſſet doctis,aut docilib. à quibus tu cũ tuis jã dudum exulas,&,ut conjicere eſt, æternùm exulabis) tenentibus,cognôrim ,quã ſcurriliter, temerariè & ꝓditoriè,cũ extremo exiſtimationis diſcrimine,famæq;meę labefactatione,publicè nugatus ſis; ſepoſitâ præmemoratâ leniori curâ, non poſſum, niſi vel iniquus, imò crudelis videri velim, ꝓpriam videlicet negligẽdo famam,quin jã multoties laceſſitus & ꝓvocatus, pro defenſione famæ meæ & innocentiæ à pueritiâ ad præſentẽ usq; ingraveſcentis ætatis horã(favente divinâ gratiâ)cũ laude tranſactę, licito & permiſſo retorſionis jure has ad animũ ſæpiùs revocatas, nullâq; diſſimulatione ſopitas atrociſſimas injurias vindicem.

Scribo itaq; & ſcribam perpetuò,nomine,quo ſuprà,repellendarum videlicet,non inferendarum injuriarum gratiâ, de quo ſolemniſſimè proteſtor: *Martinum Rulandum eſſe* Κακῦ Κόρακος κακὸν ᾠόν, *Progeniem Viperæ,Sobolem Viperinam,Calumniatorẽ, Patronum ſtolidum, Emiſſarium elumbem,delirũ coctorẽ, mendaciũ affingentẽ,Polyphemũ ineptũ,Vertumnum,&c*, ut uno verba dicã,*omniũ aliarũ innũerarũ calumniarũ, quibus tectè hactenus me in ſuis chartis nefariè pupugit,reum; donec inſimulationẽ cũ omnẽ aliã,tũ præcipuè hanc,me medicamentis & pharmacis meis anſam p̄buiſſe, ut unus vel alter,vel etiã nominati,Schvvabelius*, quẽ hic *Sulphureum* ruditer,nomini ſuo cõvenientèr,ſi nõ calũnioſè,appellavit,*Morold', Portnerus,Speidelius,Praſebius,&c alii innumeri*(ô oris mẽdaciſſimi,nequiſſimiq; hominis impudentiã & Sathanicã ꝑterviam!) *animã excæcaverint;ſecundũ legitimos Juris tramites ſufficienter docuerit,& probaverit.*

Vincit veritas oppreſſa:
Bona cauſa triumphans.

FINIS.

Digitized by Google

GALENUS 2. METH. 5.

Niſi magna quæpiam miraq; mutatio humanarum rerum fiat, actum de bonis ſtudiis eſt, ut pote confuſis & corruptis *nemine veritatem ipſam, ſed tantum ſcientiæ famam quærente.* Optimè n. ſcis, ne quinq; quidẽ inveniſſe nos uſquàm, qui *eſſe potius, quã videri docti cuperent.* Atqui niſi quis ſapientiã ipſam propter ſeipſam expetat, ne tempus quidẽ ullũ inveniet, quo ſe in logicâ methodo exerceat: imò divitiis, & famæ, & potentiæ civili inhians in horum ambitu vitam omnem conſumet.

ET 3. METH. 2.

Manifeſtum feci, quanta medicinalis methodi vis ſit, quãtiq; mali occaſio fuerint, *qui nõ ſervatâ veteri medicinâ novas ſectas condiderint.* Hæc ſanè & vos præterea me quanquã à principio recuſantẽ, orando tamẽ impuliſtis, omne hoc opus tractandũ ſuſciperem. Quod Deos precor, aliis quoq; hominib. alicui ſit uſui. Certè minimã ſpem habeo, propter eum, *qui nunc regnat bonarum artium cõtemptum, divitiarũ verò, exiſtimationis & civilis potentiæ admirationem. Ad quæ quisquis ſe cõvertit, is nullâ in re veritatẽ invenire poterit.* Verum hæc, ut Deo placebit, ita finientur.

SYNOPSIS APOLOGIAE.

- Apologiæ
  - Prooemiũ
    - Occaſio & cauſſæ variæ, à pag. 1.
    - partitio. pag. 11.
  - Tractatio ipſa:
    - Generalis: digreſſio de chymiæ pag. 12.
      - Medicæ
        - Uſu.
        - abuſu
        - pag. 13.
      - Sophiſticę 14.
        - Impoſſibilitate,
        - pernicie. p. 15.
    - pag. 16. Specialis de
      - Chymicis medicamentis
        - Myſteriis ut ſunt — *Pars I.*
          1. Aqua Benedicta.
          2. Diacydoniũ Catharticum pag. 21.
          3. Aqua Antipodagrica. p. 23.
          4. Cingulũ ſapientię. p. 29.
          5. Aqua Calcis. p. 36.
        - Divulgatis
          - In genere
          - In Specie: ut ſunt — *Pars II.*
            1. Extractũ hydragogũ. p. 48.
            2. Extract. diacatholicũ. p. 66.
            3. Nepenthes. p. 67.
            4. TincturaRhabarbari. p. 71.
            5. Extract. Aloës ſpecifica. p. 72.
            6. Reſina cathartica p. 74.
            7. Spiritus Catharticus. ibid.
            8. Rhodoſtagma ſolutivum. pag. 76.
      - Aliis
        - Juramẽto Baſileæ. p. 80. — *Pars III.*
        - Epiſtolâ ad fratrẽ. p. 82. — *Pars IV.*
          - Universè.
          - particulatim. p. 84.

Digitized by Google

ERRATA.

Etſi pauca ſint, quæ non quivis emendare queat: ne tamen pagina vacaret, viſum eſt quædam ſubjicere ſcrupuloſiùs, quàm fortè par eſt.

B 2.l. lin penult. lege: Sic.
Pag. 3. lin. 25. communicârit.
4. 9. reliquerunt. 28. originis.
6. 12. laborantem.
7. 12. Sorex
8. 14. collega
10. 32. pudicitia
12. 28. cap. 7.)
13. 6. perpendit
18. 17. Calcinandi. 30. colicâ
19 15. eandem
20. 5. ſine
21. 1. Catharticum
23. 35. redundantia
24. 31. auch
26. 27. imbecillitatem
29. 23. ferè
30. 6. hos. 28. verecundia
34. 27. eruditione
35. 8. vendito. 21. bis. 32 pravos
37. 10. contracta
38. 4. prava. 16. œdematodes. phlegmonodes
22. majorem. 24. περισκελοῖς
39. 2. libro. 4. ἕρπης ἐσθιόμενος.
12. in margine. Meth.

Pag. 41. lin. 9. unquam eorum
46 32. actionem
47. 7. aſſecla
50. 35. exhibitum
51. 30. exercitatus
53. 1. virtutem. 38. Soldanell
56. 8. medicamenta. 17. externarum
61. 17. hydropi.
62. 4. pituitam
63. 6. adorari
65. 2. indemonſtratum
67. 4. Trochiſcis
68. 5. Hâc
69. 6. relinquere 26. νέκρωσιν
71. 21. expurgandâ 27. Rhabarbari ſubſtantia aërea, ſpiritus malvatici, 38. roſa
72. 3. deſideremus 17. & 18. laudat
74. 32. torminoſum.
76. 1. Enemate
84. 24. emulgas

Digitized by Google

Digitized by Google

Aſſeclis,ſi in morbum incidant ſuâ naturâ acutum & periculoſũ vel difficilẽ ac pertinacẽ, nõ feſtinant,ſecundùm proverbium,lentè,ſed atrociſſimo auſu violentiſſimis hiſce jã enarratis remediis utuntur, ad nova hęc & nondũ ſatis explorata medicamenta cõfeſtim cõfugiunt,experimẽtaq;,ut dictũ hactenus ſępius,p mortes Hominũ agũt, nullo niſi ad oſtentationẽ reſpectu habito ad ſpeciẽ,locũ,tẽpus morbi;ad vires,ætatẽ,temperaturã ægri;ad materię concoctionẽ vel cruditatem; ad vias,quò natura vergat;ad Regionem,anni tempus, cœli ſtatum,vel conſuetudinem ; deniq; ad cauſarum & ſymptomatũ varietatẽ. Hæc n. omnia hi vel nihili, vel nõ admodum magni faciunt, ut quæ,quemadmodũ calumniantur,*ſuperſtitioſorum Galenicorũ* commenta ſint;ſed vel ſubitò,vel impræmeditatò,nullâ ſæpè factâ inquiſitione,Elenchum remediorũ ſuorũ revolventes, aliquid familiare, quod iſtis eſt ſingulare,ſed ſtrenuũ,violentũ & verè catharticum eligunt. Id ſi fortè ſemel expugnavit morbum, quanti triumphi cantantur undiq; ! quantę laudes per Aniculas(quas hi mercede conduxerunt)apud vulgares circumquaq; celebrantur,& in omnibus angulis apud plebejos reſonant!

Si verò rem decumbentis deteriorẽ faciant;quod utplurimùm accidit,& vires ſuperpurgatione proſternantur,tunc titubant. Interim repentè æger expirat. Tunc fingunt novum & inauditũ morbũ, cauſasq; alieniſſimas prætexunt, & ſymptomata inopinata acceſſiſſe mendaciter garriunt, ut extra culpã apud vulgus videantur pręclari hi Medicaſtri ;ut non immeritò de illis dici poſſit, quod Ennius de ſuo ſcripſiſſe videtur ſeculo:

Non n.ſunt arte Homines hi divini,aut ſcientiâ;
Sed ſuperſtitioſi Vates,impudenteſq; Harioli,
Aut inertes,aut inſani,aut quibus egeſtas imperat,
Qui ſibi ſemitam non ſapiunt,alteri monſtrant viam.

Talem imperitum & ex trivio adſcitũ Medicum Gal 1.de dieb. decret. cenſuit tantùm ab appellatione verâ Miniſtri Naturæ abeſſe, ut maximè contrario nomine ipſum dignum affirmet,Inimicum videlicet Naturæ appellandum, & ægrotantis hoſtem, qui ex morbo ſępè levi ſævum ac vehementem,ex parvo magnum, ex brevi longũ, ex benigno malignum morbum efficiat; ex ſanabili deniq; affectu irrecuperabilem ſanitatis jacturam introducat.

Ex his,qui ſis, Rulande,te in ſpeculo noſcere nunc diſce, ibiq́; adjunge tui ſimiles.Nihil autē quicquam horum contra te in mediū protuliſſem,ni laceſſitus contra datam fidem,veritati lampadem accendere coactus fuiſſem.

Nec eſt,ut Rulandus ſingulares ſuas præparationes cæteras, Aquas Antepilepticas, pulveres ſimiles, diatartareasq́; mihi objiciat. Hę enim non minùs partim inſulſæ, inconſtantes, aut omninò falſæ ſunt,& ab ipſomet efficta; partim emendicatæ, depravatæ, aut in locum aliorum meliorum ſubſtitutæ (Quis n.tam rudis in arte eſt medicus,non ſolo nomine aut profeſſione,ſed re,qui talia,aut his longè meliora pro re natâ excogitare,nequeat?)ut nō curando,ſed adulando,aut avaritiæ, aucupandis tantùm pecuniis inſerviant, & verè dici cum Horatio poſſit:

Gaudent ſcribentes,& ſe venerantur, & ultrò
Si taceas laudant,quidquid ſcripsêre beati.

Quòd ſi ſuâ opinione gratificando ęgris aliis præpollent, ſcito Rulande viciſſim, contraria eſſe χάριν καὶ ἀχαριςίαν. Et dū gratā rem ægro facis,quoad cupiditatem & placitum,ut feciſſe te aliquid videaris,rem facis minimè gratā,quoad ſanitatem. Nā medendi perfectio, ut & hoc ſcias,non tam in *variá aut verá remediorū præparatione*, quàm in *dignatione morbi* uſuq́; methodico cōſiſtit. *Qui poteſt dignoſcere morbum*,inquit Hipp.lib.de arte,*poteſt rectè & dextrè mederi.* Hoc n. principium reliquorum omnium & inveniendorum & uſurpandorum. Nihil difficilius, nihil in arte medendi præſtantius,quàm partem affectam,cauſam & ſpeciē morbi cognoſcere. Morbo autē cognito ars tot ſuppeditat remedia,tot ſuggerit pręparandi modos,ut liceat mediocriter doctis undiq; quæ velint,ſcligere,maximè in Pharmacopolio benè inſtructo; quod poſſidere debet (ut hoc obiter dicam) *Vir bonus & doctus*,qui artem ſuam cognoſcendi, præparandi,temperandi,miſcendi,colligendi,extrahendi, aſſervandi ſingula medicamenta exactè teneat,nihil ſuo judicio mutet,nulla aliena ſubſtituat,ęgris, niſi juſſus,nihil exhibeat: nec ipſe artem exerceat Medicam; famulis ſuis non cuncta concredat; ipſe præſens omnia, ut quàm rectiſſimè & ſolicitè adminiſtrentur, procuret; pretia pharmacorū etiam ſine lege æſtimet tolerabilia,non,ut *Tu cum tuo Pharmacopœo*,qui res ſæpè nullius pretii maximo vendidiſtis. Exempla quæris? ſiquidem ita vis, dicam. Unum ſaltem remedium Infanti exhibitum pluris,

quàm

quàm 24. æſtimâſtis florenis, qui & ſoluti ſunt à Parentibus Pharmacopœo.

Pro ægro Nobili à S. qui veſtræ commiſſus curæ, mortuus intra paucos dies eſt, pro remediis ſaltē ei exhibitis, Pharmacopœus ſolus 700. circiter ab Hæredib' exegit florenos, te adhuc excepto: quorum dimidiam partem is jam accepit, &, ut compertum habeo, tecum diviſit ex pacto.

Levis ſæpè fuit cura, ut palàm omnibus, quę non ad minimū ad 100. florenos vel ultra apud Pharmacopœum ſolum ſeſe extenderit. Ita factum, ut, quod uni deceſſit, alteri acceſſerit. Taceo plura.

Quâ de re etiā ipſi Legati in Comitiis hîc habitis cōqueſti ſunt, nihil ſimile apud omnes Pharmacopœos totius Europę in benè conſtitutis Rebuspubl. auditum & perpetratum eſſe, ac apud hunc.

Sed quis credat in tam benè conſtitutâ Republicâ tales Impoſtores artificioſos inventos fuiſſe? qui res nullius ſæpè pretii maximo vendere auſi, idq; impunè, quibus & materia & confectionis ratio ſępè, ſi non prorſus ignota fuit, dum unus in obſcuro has confecit & miſcuit, alter ut Agyrta vendidit, eaſdem undiq; proclamavit, commendavit, & exhibuit tanquam ſalutaria pharmaca, ſi non πάγχρηϛα.

Legibus quidem in hac laudatâ Repub. cautum eſt diligenter, ne cuipiam liceat aperire officinā materiæ medicę, niſi priùs examinato & jurato, & quæ à Medicis & Viris honeſtiſſimis Ordinis Senatorii quotannis cum examine ſolenni inſpiciatur, in quâ pretia inſuper rerum ſingularum ęſtimata, & certo modo conſtituta non temere augentur. His repagulis omnibus fractis, res devenit apud Novatores & Nugatores hoſce eō, ut neglectâ taxâ, (ita loquendo) ſibi ipſis pretium medicamentorum conſtituerint, eâq; decuplo majore æſtimârint. Quis n. cùm probitas algeat, aliâs dives fieri poſſet? Deinde Medic' hic Pharmacopęi munere fungēs; viciſſim Pharmacopola Medici officiū obiens, ita ſeſe fricuerūt mutuò, ut Muli: nō niſi circūventiones in Proximi damnū quærēdo, & ſine rubore ullo easdē ſedulò exercendo, q̄ etiā pro virtute & palmâ ab illis habitæ fuerunt, ne quid nunc durius dicam, quod in tempore declinârunt abitu ſuo. Utile autem ac ſimul ſummoperè neceſſarium boni Magiſtratus officium, facere, ne cura hæc inſpectionis viſitationiſque officinarum

unquam negligeretur: cùm ſalus totius Reipubl. & vicinorum, poſt Medicum, hinc dependeat; & de multò levioribus aliis rebus interdum ſit is plusquàm oculatiſſimus. Sed, ut finem faciam, hoccine ſit piè, &, ut Chriſtianum decet, mederi? hoccine boni viri ſit, his technis impiis & nefariis uti, proximumq́; ſuum ſub Pietatis & veritatis ſpecie circumvenire? judicent boni, candidi & ſynceri Arbitri, quibus *Uſus* & *Ratio*, duo veritatis inveſtigandæ inſtrumenta certiſſima, ſemper cordi fuerunt. Et cùm hæc omnia, quæ in eos medicaſtros pro ſanâ medicinâ dixi, perpenderint ſedulò, quibus mica ſalis & candoris ineſt, neminem ex illis fore exiſtimo, qui à me ſit diſſenſurus, quòd ea cum venerandâ antiquitate, & perpetuæ experientiæ teſtimonio conveniant.

TERTIA PARS,

De juramento Baſileæ præſtito.

NUnc ex his omnibus ſufficienter relatis, Rulande, tuam ipſe examina conſcientiam (latere enim conſcientiam nequit ſcelus) inq́; te ipſum deſcende, num Tu, unà cum Fratre tuo Andreâ, *juramento Baſileæ* in promotione Doctorali (hanc enim jactatis) præſtito, ſatisfeceris, ubi expreſſis verbis inter alia Deo in Teſtem adhibito, juraſti: *Te in docendâ faciendâq́; medicinâ rationem ſenſu, methodum experientiâ confirmaturum, declaraturum: pacta, præmiaq́; avara, promiſſa ſuperba fugiturum: pudicitiæ non minus, quàm ſalutis ægrorum aſtantiúmve rationem habiturum: Magicis, ſuperſtitioſis, noxiis medicamentis in univerſum, inexploratis ſaltem in humano corpore, nec uſurum, nec Exoterico cuiquam commonſtraturum: omnia denique artis opera pietate Chriſtianâ ſuſcepturum, conditurum, perfecturum. Hæc ſyncerè & religioſè obſervanti Numen in cognoſcendo ſolertiam, in operando dexteritatem præſtet & ſucceſſum: Delinquenti verò contraria eveniant omnia.* Ea conſcientia tibi, quemadmodum juraſti, vivus Infernus erit, niſi ad meliorē mentē redieris. Cogita nunc q̄d facturus ſis, dum tempus habes: aut reſipiſce, aut pſevera. Deus enim non illudetur tuis ſannis, ſed requiret iſta à te, quæ nunc celas & tegis.

Ipſe

Ipſe enim novit abſcondita cordis tui, ut omnium, cui etiam redditurus es rationem factorum tuorum, & quidem ſufficientem in illo die, qui erit ſine veſperâ. Interim tamen ſcias, quòd ſicuti Poſteritatis eorum, qui divini nominis reverentiam in religione jurisjurandi tuentur, felicior eſt etiam in hac vitâ ſtatus; ut & Ethnici obſervarunt juxta verſum Heſiodi:

Ἀνδρὸς εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων:

Poſteritas Hominis rectè jurantis ovabit:

Ita perjurii pœna non ipſos ſaltem manet Authores, ſed & in omnem poſteritatem redundare ſolet, quia DEUS Zelotes. Etſi pœnam interdum DEUS differt ob cauſas multas, quæ nos latent; ſera tamen venit, & tarditatem vel longam moram tandem ſupplicii gravitate compenſare ſolet: ut & Polybius experientiâ & lumine naturæ doctus exclamat:

Χαλεπὸν γὰρ λαθεῖν θεὸν ἀεὶ δρῶντα ἐπίορκον.

Igitur mirum tibi minimè aliquando erit, ſi huius perjurii DEUM ultorem ſis habiturus, nam, ut Homerus inquit:

Ἔχει θεὸς ἔκδικον ὄμμα.

vel, ut Chriſtianus Imperator loquitur: *habet jurisjurandi religio cōtempta* DEUM *ultorem.* Nunquam ergò conſcientiæ tuæ pœnas, neque divini numinis animadverſionem effugere poteris.

Cum hoc ſimul juramento tibi in animum revoca, quæ in præſentiâ Sereniſſ. Principis ac Dn. Dn. VVolfgangi VVilhelmi Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, Comitis in Veldentz & Sponheim, &c. & corā ejuſdem Serenitatis Conſiliariis, Viris Generoſitate, Nobilitate, & ſummâ eruditione excellentiſſimis, quibus, tuis intempeſtivis petitionib. de reconciliatione, non levem peperiſti moleſtiam, ſtipulatâ manu, poſt eandem ſanctè promiſiſti, te inpoſterum *boni functurũ Viri officio, de me & ore publico & ſcripto honorificè ſenſurum.* Id te non præſtitiſſe, quemadmodum ſanctè promiſiſti, clarè liquet, ex jam ſuprà relatis, & ex tuâ Epiſtolâ ad Fratrem Andream ſcriptâ. Hæc enim nobis pars reſtat.

Digitized by Google

Quarta Pars,

De Epiſtolâ ad fratrem Andream ſcriptâ.

1. In Genere.

IN hac enim ex improviſo, præter omne meum meritum, ingrato & crudeli prorſus animo, jam reconciliatus me adortus es. Hoccine de te, & Fratre tuo, perfide, meritus ſum, quem, ut ſcis, licet impudentiſſimè neges, *hiſtoriâ ultimâ Curationum,* quas, infinitis mendaciis ornatas, aſſuiſti recoctæ tuæ crambi *Morbi Hungarici* (qui reverâ nihil eſt aliud, quàm veterum febris maligna ſeu peſtilens, quicquid nugeris, cum cap. 1. tum dictâ Epiſtolâ) cap. 7. q. tantùm *in declinatione fuerit, & ex alvo ſuppreſſa flatibusq; retentis in deliquium inciderit ob frigida aſſumpta, non ob malignitatem reliquam,* cujus contrarium curatio oſtendit, quam ibidem negare non potes; eum, inquã, ſcis febre malignâ penitùs oppreſſum, ita, ut proſtratis virib. omnibus, linguam vix movere, nec duo verba amplius articulatim proferre potuerit, auxiliante Deo, ad vitam revocavi. Quam mihi hacten' ambo rependiſtis gratiam? *Viperinam omninò,* non humanam. Mala nempe pro bonis; pro egregiâ navatâ & fideli operâ calumnias & improbitatis vim venenatam, loco honoris à vobis reportavi. Hoc enim modo, ſed veſtro more, Amicos bene meritos hactenus beare ſoliti eſtis. Verùm

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Qui prudens eſt, caveat ſibi, meo exemplo monitus, ab his, qui hoc peculiare habent, ut præmii & honorarii loco, Medico fideli, pro ſummo labore (extenues tu ibidem, ut voles, & ſoles, quæ abs te non geruntur, aut tuis) perſolvant mercedem hanc viperinam. Fideliter enim curati, vel admoniti ſaltem de re ſæpè levi, erroris cujuſdam, eum tandem odio proſequuntur extremo, & tantâ ferociâ, ut inſuper plumbeas gerere iras adjunctis calumniis videantur. *Hæc verò,* ut Nicetas Choniates in Annalibus dicit, *improviſa admodum & inevitabilis improbitas, ab iis æmulis, qui ingeniis ſunt illiberalibus & moribus occultis præditi, linguâque pollent ab animo diſſentiente, proficiſcitur,*

m

Digitized by Google

ut quæ ingenuum & liberalem nullo modo ferre poſſunt. Vult Seneca, pectus caſtiſſimum, Eum *eſſe Ingratum, qui negat ſe beneficium accepiſſe; Ingratum qui non reddit; Ingratum, qui diſſimulat; Ingratiſſimum omnium, qui oblitus eſt*: à cujus domo certè non recedet malum, dicit Jehova per Salomonem. Cœleſtis enim Νέμεσις, in illam exardet. Quod & ipſe Seneca agnovit, dum inquit: *impunita non manent, quæ inviſa omnibus bonis ſunt.* Neque ullum ſupplicium gravius cenſendum publico odio.

In quibus recenſendis, ne Lectori æquo, prolixiore narratione nimiùm moleſtus eſſe videar, eum ad tuam Epiſtolam, tanquam vivum *perfidiæ & ingratitudinis* exemplar nunc remitto, ut te ipſo Teſte videat, te eum verè eſſe, quem hoc ſcripto adhuc valdè leviter adumbravi; ad quam examinandam antequam ulteriùs progrediar, audacter & conſtanter pronuntio, te in illâ plus dediſſe affectui, quàm veritati; inſaniæ magis, quàm rationi indulſiſſe; furori plus, quã conſilio obtemperâſſe. Quâ in re ſi tibi *Calumniatori*, qui *mentiris*, quique ea curas, quæ ad te non pertinent, & inſuper improbè loqueris, paulò acriùs ſim reſponſurus, id cogita, te adeò indiſcretum & inſolentem ad hoc faciendum anſam & occaſionem dediſſe, ut tua tandem malignitas, improbitas & impietas detegeretur, & calumnia tua, qua multos bonos & inſontes clàm & nefariè hactenus proſcidiſti, ſemel opprimeretur. Solet enim ſera ultio graviſſima tandem venire Impio; *quem* ut Regius Propheta dicit, *occidet malitia; &, odio habentes juſtos, perdentur.* Poſthàc ne infeſtâ & moleſtâ calumniâ tibi magis obſis. (Neſcis enim quid ſerus veſper adhuc vehat) me repetentem tua verba, Rulande, cum declaratione placidâ & verâ, audi particulatim, in pleriſque ad me attinentibus. Quem enim ibidem, & ex profeſſo, exagitandum tibi ſumis, is, quiſquis tibi videatur, ſuo tempore ſatis ſe potentem in retundendis ineptiis tuis declarabit. Dignior certè viſus eſt eidem Ampliſſ. Facul. Medicæ Baſil. quæ in te lauream contulit, fratre tuo, quamvis is commendatione Tubingenſis Fac. Med. inſtructus veniret ad eandem Lauream conſequendam. Si hoc non intelligis, interroga fratrem: aut ſi is non ampliùs meminit, ob ſtudiũ *curandæ cutis*, quod ei commendas æquè ad calcem bellæ tuæ Epiſtolę, ac *Medicinæ*, Magnificum, excellentiſſ. Dn. Dn. Felicem Platerum. Ad hunc enim provocaſti, quæ de uſu Antimonii in febre Ung. quęſt. 69.

2. In

2. *In ſpecie vel particulatim.*

Quod olim decima Muſa ſcitè (quis enim non queratur de noſtri ſeculi perditis ingenio & moribus?) *Nihil nunc*, ait, *vile eſt, niſi mores mali, eorum licet jam meſſem metere uberrimam*: Id vero veriùs in te liquet, Rulande. Sive enim quis Thraſonicam jactantiam, aut maledicentiam, aut imperitiam, aut impudentiam in proprio ſuo regno velit contemplari, te intueatur, aut Epiſtolam ſaltem, quâ ſe Rulandini Muli mutuò ſcabunt, inſpiciat & legat.

Viperini ingenii alios principiò inſimulas & accuſas (δὶς καὶ τρὶς τὰ καλὰ) cùm tute teſteris, te genuinum & germanum genimen earum, ut qui acceſſu primo ſemper ore blandus, receſſu mel lethale, imò Aſpidis venenum ſub labiis tuis, cujus os maledictione & amaritudine plenum, quique parcere, nec vivis, nec mortuis unquã didiceris. Taceo nunc deſiderium pulveris viperini, vel potiùs colubrini: pro quo revelando, ut mihi retulêre oculati teſtes autographi tui, quid non pollicitus es Magiſtro, ſeu præfecto Mallcarii Titeldorffenſis? ſaltem, ut novum haberes auri aucupium: vel quia vetera ſordebant; vel quia jam illud Poëtæ in aliâ materiâ noveras:

Quæ ſi non proſunt ſingula, multa juvant.

Quis verò Thraſo unquam deridendum ſe albis dentibus pari expoluit modò? *Cives Ratiſponenſes & exteros, divites & pauperes deſiderio tui angi* gloriaris. Certè ego eum aliis credo, ne redeas, & pecuniâ emulgaes, præſertim cùm nunc Pragæ aurea meſſis te penitùs non poſſit non corrumpere, corruptumque obfirmare.

Quanta, quæris, *noſtrorum omnium fuerit praxis hic, dum tu ibi S. C. Majeſt. medearis? Quot Principes, quot Barones, quot Nobiles, dum tu ibi abſens es, collegium Medicum Ratiſponenſe conſultum iverint?* Quis verò mortalium cogitaſſet, tantam fatuitatem, faſtum, ſtultitiam, prorſus eſſe in hoc Rulando famoſo Archiatro, honore infatuato, ſi non hæc effutiviſſet, vel, more tuo, ſcurriliter loquendo evomuiſſet & in apertam lucem Europæam ſeſe poſuiſſet? Cuicunque vel mica judicii ſani, dexteritatis ſobriæ ab ingenitâ modeſtiâ eſt, facilè pol hinc agnoſcet, Archiatrum hunc geſtare in calcaneis Cerebrum. *Deforme eſt*, inquit Cicero, *de ſe ipſo prædicare*,